



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Annales Heinrici Steronis Monachi Altaehæ Inferioris, Ibiqve Capellani, Ab
Anno M.C.LII. Qvi Est primus Friderici I. Imp. vsque ad Rudolphum
Habsburgium ad annum videlicet 1273. Ex Codice Manuscripto ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

ANNALES

HEINRICI STE-
RONIS MONACHI

ALTAHÆ INFERIO-
RIS, IBIQVE CAPEL-

LANI,

AB ANNO M. C. LII. QVI
EST PRIMVS FRIDERICI I. IMP.

vsque ad Rudolphum Habsburgium ad an-
num videlicet 1273.

EX

CODICE MANVSRIPTO AVGV-
stani Monasterij SS. Afræ & Vdalri-
ci editum,

MULTIS PARTIBVS AVCTIVS.



Ff. 2. AD

CCAN
SII
m, m,
SIV
24



AD LECTOREM.

Hunc codicem m. s. ex Augustano Monacho S. S. Afra & Valtrici communicavit mecum Velferus vir nobilitatis & recondita eruditae laude celeberrimus. Editi quidem sunt hi in Francofurti. Sed nosser m. s. codex habuit partibus copiosiores & auctiores, eoque nominatim manicarum rerum studiosis exoptatissimos. Qui conferre hanc editiones voluerit, deprehendet in Francofurtensi quaedam esse quae in nostro m. s. absunt, eaque fere sunt de rebus Augustani Monachi, quae à Monacho Augustano addita manifestum est: quale est in initio: In capitulo nostro sepultus est Augustus, &c. quae in Sterone Altabensi monacho, sed ab Augustano dici poterunt propter hanc editionem Francofurti. hos annales dat nomine Chronicae Altabensis, insertis, ut ait, rebus Bauaricis & inter alia cetera Altae inferioris per Henricum, ut verisimile est, Scenam. In qua editione subsequenti parti horum annalium, ab anno delicti 1266. expressè nomen auctoris Henrici Steronis adscriptum est. In nostro vero m. s. hæc non separata pars est, sed eiusdem nomen. Unde & nomen Steronis, quod in nostro m. s. nullum est, apposui. Varias lectiones, quae in Francofurti editione, in oram aliquas conteci.

¶ (:) ¶





ANNALES

HEINRICI STERONIS
ALTAHENSIS,

EX M. S. CODICE AVGVSTANO.

Anno Dominicæ Incarnationis M. CLII. Fridericus primus Friderici Sueuorum Ducis filius, fratris scilicet Chunradi Regis, natus ex clarissima progenie Carolorum, post Chunradum tertium patrum suum, apud Franckenfurt communi voto & consensu omnium principum ad imperium est electus, nonagesimus quartus ab Octauiano Augusto. Hic in principio regni sui omnium Theutonicorum fauorem habens, per districta iudicia pacem optimam fecit, in omnibus partibus regni sui. Italiam rebellem fortitudine sua premit, Cremonam, Mediolanum, Bononiam, Placentiam, Brixiam, Terdonam, Veronam, Spoletum, & alias ciuitates sua potentia sic deuicit, ut Mediolanum, Cremonam, & quasdam alias urbes Italię omnino destrueret. Ciuibus eorū quibusdam occisis, quibusdam in exiliū relegatis. Nam septem vicibus de Almannia duxit exercitum cōtra ipsos. Ab Adriano Papa Imperator consecratur. Sed postea inter eum & ordinatorem suum Adrianū quartum, ac successorem eius Alexandrum tertium grauissima oritur dissensio; ita ut Octauianus (qui & Victor) & post hunc Gvvido (qui & Paschalis) contra prædictum Adrianum ex parte Cæsaris Romani Pontifices constituerentur. Inualuit autem in tantum ista dissensio, ut quasi per XX. annos plures Archiepiscopi & Episcopi

Ff 3

scopi

CCAN
SII
m, m,
SIV
24

scopi fauentes & obediētes Dño Adriano, ab Imperatore pri-
 priis sedib. pellerētur, indigniorb. substitutis. Plures etiā Prin-
 pes Laici detrimentum honoris sui & rerum in hoc schisma
 pertulerunt. Henrico etiā Duci Saxoniz, filio illius Hei-
 rici Ducis Bauariz à Chunrado antecessore suo ciecti à Bau-
 ria, consilio & rogatu Principum, Ducatum paternum restitit
 Noricorū; & Henricum patrum suū Marchionem Austriae
 tunc Ducē Bauariz, ab eodem Ducatu remouit. Et quia
 dē Marchionis magna nobilitas & multa exigebat honestas,
 nomen Ducis nō perderet, & Duces Bauariz minus deinceps
 contra Imperium superbire valerent, Imperator de voluntate
 & consensu Principum in Curia Ratisponæ habita An. D. M. C. LVI. Marchionatū Austriae à iurisdictione Ducis Bau-
 uariz eximēdo, & quosdā ei Comitatus de Bauaria adiungēdo
 conuertit in Ducatum. Iudiciariam potestatem Principi Austriae,
 ab Anaso vsq; ad syluam ppe Parauia, quæ dicitur Rosenthal
 protendendo. Nam huc usq; quatuor Marchiones Austriae
 & Styriae, Istrie, Cambensis, qui dicebatur de Vohburg, eorum
 ad celebrationem Curiae Ducis Bauariz veniebāt, sicuti hoc
 Episcopi & Comites ipsius terræ facere tenentur. Sic igitur
 Henricus factus est primus Dux Austriae. Post hæc cū cunctis
 sibi subiugauit Imp. Friderici potentia, Henricus Dux Bau-
 riaz & Saxoniz, qui iā quasi per viginti quatuor annos distulit
 & optimus iudex suos rexerat principatus, visus est Imperatori
 nō fidelis fuisse, nec contra Lamardos bonus adiutor: per
 tentiam Principum ab Imperatore proscibitur, & ab honore
 suis deponitur, eiq; Otto Comes Palatinus Bauariz de Schab-
 per Imperatorem substituitur in Ducatu Noricorum.

An. D. M. C. LXXX. Post multas itaq; victorias & pro-
 lia, pace in regno Teutonicorum per sua tempora florentes
 tra inimicos Crucis mouet exercitum in subsidiū terræ sanctæ
 & cum eo vadit Teutonicorum & aliarum gentium multitudine

*F. Rosen-
 tal. al. Ro-
 senfeld.*

maxima, vbi cum in Græcia in quodâ paruo riuulo se lauaret, circa solstitium æstiuale in eodem occulto Dei iudicio est submersus, & exercit^o sui, & peregrinorum magna pars ex intemperie aëris interiit, anno Dom. M. C. XC. cui successit Henricus filius suus, nominis illius VI.

M. C. LIII. Eclipsis solis accidit.

Eugenius Tertius Papa obiit. Anastasius II. succedit & eodem anno obiit.

Alrahensis Abbatia subiicitur Ecclesiæ Babenbergensi.

M. C. LIV. Adrianus IV. Papa sedit.

M. C. LV. Hartvvicus Saltzburgensis Canonicus fit Episcopus Ratisponensis.

Fridericus Rex in Italia aliquot vrbes diruit, & Romam veniens Imperator consecratur.

Otto Palatinus Comes obiit.

M. C. LVI. Fridericus Imperator Roma rediens Curiam Ratisponensem habuit, & restituto Ducatu Bauariæ Henrico Duci Saxonix, Marchionatum Austriæ in Ducatum mutauit. Ex quo facto multum est diminutus honor & potentia Ducum Bauariæ, sicut patet in priuilegio Imperij hic transcripto.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Quoniam rerum commutatio ex ipsa corporali institutione possit firma consistere, vel ea, quæ legaliter geruntur, nulla valent refragatione conuelli, Ne qua tamen possit esse gesta rei dubietas, nostra debet Imperialis autoritas præcauere.

Exrat plenius in Austria C. spiniani.

Nouerit igitur omnium Christi Imperijque nostri fidelium præsens ætas, & successura posteritas, qualiter nos eius cooperante gratia, à quo cælitus in terra pax est missa hominibus, in Curia generali Ratisponensi in natiuitate sanctæ MARIÆ Virginis celebrata, in præsentia mul-

Handwritten notes on the book's spine: "S III", "S IV", "24".

F. Austria.

multorum religiosorum & Catholicorum Principum
 & controuersiam, quæ inter dilectissimum patrum nostrorum
 Heinricum Ducem Bauariæ, & carissimum nepotem
 nostrum Heinricum Ducem Saxoniam, diu agitata fuit de
 Ducatu* Bauariæ, hoc modo terminauimus, quod Dux Austriae
 nobis resignauit Ducatum Bauariæ, quem statim in benefi-
 cium concessimus Duci Saxoniam. Dux autem Bauariæ
 signauit nobis Marchiam Austriae, cum omni iure suo
 cum omnibus beneficiis suis, quæ quondam Marchio
 Poldus habebat à Ducatu Bauariæ. Ne autem in hoc
 minui videatur honor & gloria dilectissimi patrum
 de consilio & iudicio Principum, V. V. adizlao illustri
 Boëmiam sententiam promulgante, & omnibus Principibus
 approbantibus, Marchiam Austriae in Ducatum commuta-
 uimus; & eundem Ducatum cum omni iure præfato
 nostro Henrico & prænobilissimæ uxori suæ Theodora
 beneficium concessimus perpetuo iure sanctientes, ut
 & liberi eorum post eos, indifferenter filij & filia, eundem
 Ducatum Austriae hæreditario iure à Regno teneant
 possideant.

Si autem prædictus Dux Austriae patrus noster
 & uxor eius absque liberis decesserint, libertatem habeant
 eundem Ducatum affectandi cuiunque uoluerint. Statuimus
 quoque, ut nulla magna vel parua persona in eundem
 Ducatum regione sine Ducis consensu vel permissione
 quam Iustitiam præsumat exercere. Dux uero Austriae
 Ducatu suo aliud seruitium non debet Imperio, nisi quod
 ad Curias, quas Imperator præfixerit in Bauaria, euocari
 ueniat. Nullam quoque expeditionem debeat, nisi fuerit
 quam Imperator in Regna vel prouincias Austriae uicinas
 ordinauerit. Cæterum ut hæc nostra Imperialis constitutio
 omnino rata & inconuulsa permaneat, præsentem

paginam conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri
 nullimus, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt
 hæc: *Pilgrinus Aquileiensis Patriarcha, Eberhardus Ar-
 chiepiscopus Saltzburgenfis, Otto Episcopus Frisingensis,
 *Cunradus Episcopus Patauiensis, Herevvicus Episcopus
 Ratisponensis, Eberhardus Bambergēsis Episcopus, Hart-
 manus Brixinensis Episcopus & Tridentinus Episcopus,
 Dominus VVelfo, Dux Cunradus frater Imperatoris; Fri-
 dericus filius Regis Chunradi, Hermanus Dux Karinthiæ,
 Marchio Engelbertus de *Istria, Marchio Albertus de Ba-
 dem, Diepoldus, Heinricus Palatinus Comes de Rheno,
 Otto Comes Palatinus, & frater eius Fridericus & alij quam
 plures.

Signum Domini Friderici Romani Imperatoris inui-
 ditissimi Ego *Reinoldus Cancellarius vice Arnoldi Ma-
 guntinensis Episcopi & ArchiCancellarij recognoui, Re-
 gnante Domino Friderico Romanorum Imperatore in
 Christo. Datum Ratisponæ XV. Kal. Octobris Indictione
 IV. *Anno Dominicæ Incarnationis M. C. LVI. lælici-
 ter, Amen.

Anno regni eius V. Imperij II. VVinhelmus Apulus
 cum Manuele Græco pugnans vicit, cæsa sunt ibi (vt aiunt)
 XL millia Græcorum.

Imperator Poloniam adit, & fit inter eum & Apосто-
 licum diffensio.

Imperator Mediolanum obsedit, & ad deditioem co-
 egit.

Eodem anno VVaditzlaus Dux Bohemiæ, mutato ab
 Imperatore dignitatis nomine, in Regem Boëmorum præ-
 ficitur.

M. C. LVII.

Heinricus Comes de *VVolfrazthusen obiit.

Gg

Hein-

*F. VVolfartz
 hausen.

*F. Pilgrinus.

*F. Cunradus
 Episcopus Pame-
 bergensis, Har-
 manus Brix-
 ensis Episcopus
 Hartmannus
 Ratisponensis
 & Tridentinus
 Episcopus, Do-
 minus VVelfo.
 *F. Austria.

*F. Reinoldus.

*F. Anno D. i.
 M. C. LVI.

Anno regni e-
 ius quinto, Im-
 perij secundo.
 Feliciter, Amē.
 VVinhelmus
 Apulus.

REGNUM
 SII
 IIII
 SIV
 24

Heinricus primus Dux Austria in Metem Monasterium instituit, & clericos qui ibi erant, locauit in Münster.

M. C. LVIII.

Imperator Fridericus Mediolanum obsedit, & ad ditionem ciues eius coëgit. Otto Frisingensis Episcopus obiit, * Et Albertus eligitur.

* F. obiit. Albertus eligitur.

M. C. LIX.

Adrianus Papa obiit. Octavianus Cardinalis à patre Cæsaris constitutus Victor dicitur: sed Rulandus, qui Alexander, ab Ecclesia eligitur.

M. C. LX.

* fort. Cremonam.

Imperator * Cremonam destruit. Arnoldus Episcopus Moguntinensis in Ecclesia sancti Iacobi occiditur.

M. C. LXI.

Heinricus Dux Karinthiæ perit in Ionio mari: Hermannus frater eius Ducatum gerit. Pilgrinus Patriarcha obiit: Vdalricus ordinatur.

M. C. LXII.

Imperator Mediolanum destruit.

M. C. LXIII.

Imperator iam quarto Italiam adit. Imperator Moguntinenses muros & turres destruxit.

M. C. LXIV.

Octavianus Schismaticus obiit. Gvvido, qui & Pallas, per Cæsarem substituitur.

Trium Magorum corpora translata sunt ad Colonia.

Eberhardus Salzburgensis Archiepiscopus obiit: Conradus Pataviensis Episcopus patruus Imperatoris succeditur ab Alexandro Papa pallio honoratur. * Hartmannus

* F. Hermannus B. & Hartmannus.

xinensis & Hertvicius Ratisponensis Episcopi obierunt.

Otacker Marchio Styriæ Gebhardus de Burck, Sifridus de Leubenovve, * Lutoldus de Plaigen, Comites obierunt.

* F. Lutoldus.

Ex tunc Duces Bauariæ castrum in Burchusen possederunt.

Chunrado Patauiensi Episcopo succedit Rubertus.
M. C. LXV.

Imperator in Curia VVirtzburg Principes regni Gvvidoni schismatico iurare compulit. Christianus Maguntinus Chunrado supponitur. Eodem anno Imperator curiam in *Laufen habuit. Rubertus *Patauiensis* Episcopus obiit: cui *Albero succedit.

* F. Laufen.

* F. Albo.

M. C. LXVI.

Facta est translatio sancti Caroli Imperatoris, feria IV. post Natiuitatem Domini. Ordinatio clericorum in Saltzburghi ab Archiepiscopo Chunrado.

M. C. LXVII.

Imperator Italiam quinto adiit.

M. C. LXVIII.

Chunradus Archiepiscopus Saltzburgerensis obiit: Albertus filius Regis Bohemiæ succedit; ab Alexandro Papa *tertio honoratur. Henricus Ratisponensis Episcopus obiit, Paschalis schismaticus, qui & Gvvido, obiit.

* F. quarta.

M. C. LXIX.

Imperator ad Saltzburkhofen curiam celebrans, Saltzburgerensem Episcopatum in deditionem accepit. Albero Episcopus Patauiensis ab Ecclesia abigitur, cui Henricus succedit.

M. C. LXX.

Imperator Saltzburgam XIV. Kal. Martij * venit, & ibidem cum prælatis colloquiū habuit. Rex Hierusalem de Saracenis triumphat. Eberhardus Babenbergēsis Episcopus obiit, cui Hermannus succedit.

M. C. LXXI.

Thomas Cantuariæ patitur. Vacca vitulum in montanis peperit, duo capita, octo pedes, duas caudas habentem.

Gg. 2

M. C.

Handwritten notes in the right margin: "Gg. 2", "SII", "m. m.", "SIV", "24".

M. C. LXXII.

Imperator Curiam Saltzburgensem habuit, volens
berto Archiepiscopo alium supponere, sed tunc dilata
est.

Heinricus Dux Bauariæ Hierusalem profectus, re-
sus est. Heinricus Patauiensis Episcopus sponte cessit
in schismate contra Ecclesiam obediat Friderico Imp-
tori, cui succedit Theobaldus.

M. C. LXXIII.

Imperator Regem Bohemiæ deposuit, & Patru-
cius illi superposuit nomine Zobozlaum,

M. C. LXXIV.

Imperator in Curia Ratisponensi Heinricum Pra-
situm Berchtersgaden. * A. Archiepiscopo superposuit
ipse in Lambardiam sexto pergens, Alexandriam obiit.

M. C. LXXV.

Duces Austriæ, & Karinthiæ, nec non Marchio Sty-
prædas & incendia inuicem exagitant: inter quæ Ecc-
sancti Viti cum trecentis hominibus arsit.

M. C. LXXVI.

Bohemi Austriam inuadunt. Soldanus de Iconia
Rege Græciæ pugnans vicit, cæsis ei centum millibus
iunt, & sancta Cruce sublata.

M. C. LXXVII.

Heinricus Dux Austriæ post multa virtutum ac-
bitatum insignia obiit. Luipoldus Dux filius eius suc-
dit.

M. C. LXXIX.

Alexander Papa Synodum Romæ trecentorum
scoporum habuit. Heinricus Dux Bauariæ & Saxoniæ
ab Imperatore proscribitur. Vlricus Abbas Althemi
biit, cui succedit Dietmarus Abbas.

M. C. LXXX.

Styrensis Marchio Otacker, mutato antiquitatis nomine, Dux appellari gloriatur. Henricus Dux Bauariæ ab Imperatore eiicitur. Otto Comes Palatinus de Schyren ei substituitur. Manuel Græcorum Rex obiit: Andronicus succedit. Monasterium Alahense igne crematur.

M. C. LXXXI.

Alexander Tertius Papa obiit: Lucius succedit. Vitalis, Virgilius, Hertvicus, Eberhardus Episcopi signis claruerunt. Hermannus Dux Karinthiæ obiit. *Otacker ^{*F. male: Otto.} Dux Styriæ obiit.

M. C. LXXXII.

Vdalricus Aquileiensis Patriarcha obiit: Gotfridus succedit. Luipoldus Dux Austriæ Hierusalem proficiscitur & reuertitur.

M. C. LXXXIII.

Terræ motus accidit secundo Kalendas Maij. Christianus Moguntinus obiit. Chunradus Moguntinus, Albertus Saltzburgenſis Episcopi restituuntur. Otto Dux Bauariæ obiit: Ludvvicus filius eius succedit.

M. C. LXXXIV.

*Filius Imperatoris Henricus Rex, Chunradus Dux ^{*F. filius.} Sueuiæ, Ottoq; Moguntinæ gladiis accinguntur. Imperator septimo Italiam adiit. Cum Lucio Papa familiare colloquium habuit. Beatrix Imperatrix obiit. Albertus Frisingensis Episcopus obiit: pro quo Otto succedit.

M. C. LXXXV.

Andronicus Tyrannus Græciæ occiditur. Lucius Papa III. obiit. Urbanus succedit. *Chuno Ratisponensis Episcopus obiit: Chunradus succedit.* Theodora Ducissa Austriæ obiit.

M. C. LXXXVI.

*Henricus Rex filius Imperatoris duxit filiam Roge- ^{*F. Conradus.}
ri olim

Gg 3

ri olim Regis Apuliæ. Cremam Imperator restaurat.
M. C. LXXXVII.

Apostolicus & Imperator Saladinus Babylonicam
ram Hierusalem intrauit: Tiberiadem, Cæsaream, Ne-
reth, Accaron, plerasque alias ciuitates inuasit: Pri-
pes & populum in prælio cepit; & occidit, vt aiunt, sex
triginta milia circa Idus Iulij.

In mense Septembri Eclipsis solis accidit. Idibus
etobris Vrbanus Papa Tertius obiit: Gregorius, qui &
m. male: IV. bertus, succedit. Post hunc Clemens Papa * III.

Eodem anno in prima Dominica quadragesima
dericus Imperator Ratisponam intrauit, & ibi cum xi
Episcopis & cum omnibus Principibus Bauariorum
maximam Curiam celebrauit, ac ibidem totam quadra-
simam & Pascha peregit. Chunradus Episcopus Ratispo-
næ electus.

Ottacker Dux Styriæ lepræ morbo prægrauatur. I-
carum Styriæ, munitiones, prædia, & omnes ministeria
cognato suo Duci Luipoldo Austriæ reliquit.

M. C. LXXXIX.

*Isacius An-
gelus.

Imperator à terra & mari mouit expeditionem ad
sus Saladinum, quem Rex Græciæ * Ysachar primo
legatis Nürnberch, iurauit se honorificè suscepturum,
securum ei transitum præbiturum. Sed postea eo Græci
intrante, mentitus est per omnia quæ promiserat. Quo
Imperator ad sacramentum faciendum denuo depul-
sus, concordia & securo transitu compulsi, acceptis ab ipso
& suis obsidibus.

M. C. XC.

Imperator & Rex Græciæ octauo Calendas Martij
interficiuntur. Exercitus ex magna parte interiit. V Vilhelmus
Rex Apuliæ obiit. Tanchardus Tyrannus regnum in-
trauit.

dit. Henricus Rex expeditionem in Apuliam mouit.
 Fridericus Imperator in partibus transmarinis in paruo fluuiolo est submersus. Quarto Idus Iunij Theobaldus Patauensis Episcopus obiit, cui Volfkerus succedit.

M. C. XCI.

Henricus VI. filius Friderici supradicti regnare cœpit Nonagesimus quintus ab Augusto. Hic anno ætatis suæ vicesimo primo, adhuc viuente patre, cum regina Constantia filia Rogerij Regis Siciliae gloriosas nuptias Mediolani apud sanctum Ambrosium celebrauit, & à Cælestino Papa successore Clementis vnctionem accepit Imperij secunda feria Paschæ, * anno M. C. XCI.

* F. hic aliter
 variat numero
 annorum.

Ipsè autem Cælestinus Papa præcessore suo Clemente in Sabbato sancto viam vniuersæ carnis ingresso, in die sancto Resurrectionis Domini, electus & consecratus fuit. Iste Henricus audacia, & largitate, iustitia, & veritate, literatura, & sapientia, & aliis virtutibus pollens Imperium suo breui tempore bene rexit. Regnum Siciliae sibi subiugauit, & multa alia bona ac memoria digna in Imperio fecit, ac demum in Apulia insidiis vxoris suæ, vt dicitur, veneno periit, cuius vxoris fere totam miris cruciatibus interfecerat parentelam.

Eodem anno Fridericus Dux Sueuiæ cum aliis Principibus & Episcopis in expeditione obiit. Rex Gallia & Rex Angliæ expeditionem per mare mouent. Eclipsis solis accidit. VIII. Calendas Iulij circa mediam diem, & totus aër factus est purpureus.

M. C. XCII.

Controuersia facta est inter Regem Gallia & Regem Angliæ. Rex Gallia reuertitur.

M. C. XCIII.

CCX
 SII
 III
 SIV
 24

M. C. XCIII.

*R. Marchio
montis ferratii.*

Chunradus Marchio, qui Rex Hierusalem fuerat, et
tus, ut fertur, de consilio Regis Angliæ à duobus infideli-
bus occiditur, apud Sydonem.

Reichardus Rex Angliæ pace cum Saladino com-
ta ab Hierusalem reuertitur, & suorum destitutus com-
tu pedes apud VViennam ciuitatem à Duce Austriae
poldo captus Heinrico Imperatori traditur.

Bauari inter se dissidentes omnem Regionem in-
dio deuastant. Vbi Albertus Comes de Bogen Lu-
cum Ducem fugauit auxilio Bohemorum.

M. C. XCIV.

Ottacher Dux Bohemiæ ab Heinrico Imperatore
catu suo priuatur.

M. C. XCV.

**F. obiit Ca-
len. Ian.*

Leupoldus Dux Austriae & Styriæ lapsus de equo
sto crure obiit * quinto Cal. Ianuarij: Cui Fridericus
eius succedit in Austria & Leupoldus in Styria.

Mortuo a. in transmarinis partibus Friderico Leup-
oldus possedit vtrumque Ducatum, homo pacificus & vir-
sus, cuius tempore monasteria, Clerus & populus in
prouincijs pace maxima gaudebant, ut merito PATER
& PATER CLERI vocaretur.

Eodem anno Heinricus de liberatione Hierusalem
sancti sepulchri omnimodis intendens, duas Curias, Ger-
husen vnam, VVurmaciæ alteram celebrauit, in quibus
pso Imperatore multum instigante infinitus Episcopo-
rum & aliorum principum exercitus sibi crucem affixit
& contra Saracenorum gentem iter arripiunt. Hei-
ricus Imperator secundam mouens in Apuliam expeditionem
terrestri & nauali fortissimo apparatu totam Apuliam

Apuliam & Siciliam cum palatio Panormitano & thesauris Regum antiquorum infinitis obtinuit, & Margaritam piratam cepit, & alios quam plures, qui contra eum conspirauerant, diuersis supplicijs interemit. Filium Tanchardi & uxorem eius captiuauit, Henricus Dux aliquando Bavariz & Saxoniz in *Brumspith obiit. Eodem anno cum Masimur in Hispanijs malè pugnatum, à Christianis, multi eorum interierunt.

* F. Brunsh-
uick.

M. C. X C. VI.

Imperatrix peperit filium, qui vocatus est Fridericus. Quod ut primum per Albertum Comitem de Bogen tunc in Apulia existentem Henrico Imperatori innotuit, gratiam suam, qua tunc carebat, recipere meruit. Sed & Otackero, qui & Primitzlaus, gratiam Cæsaris & Ducatum pristinum impetrauit. Destitutus enim in Curia VVormaciæ celebrata fuerat, pro eo quod contra Ludvvicum Ducem in auxilium Alberti Comitis Bauariam intrauerat.

Otto II. Bambergensis Episcopus obiit: cui * Tyemo * F. Tyemo. successit.

M. C. X C. VII.

Christianorum exercitus sub quodam Gottfrido Duce de Brabant mare trāsiiit, & ciuitates duas videlicet Sydonem & Baruch, & alia quam plura castra, quæ possederant Saraceni, occupauerunt.

Henricus Imperator adhuc in Apulia positus mortuus est. Quo mortuo Philippus Dux Sueuiz frater prædicti Imperatoris, & Otto filius Henrici aliquando Ducis Bavariz Saxonizq; pro Regno contenderunt, Philippo postmodum præualente. Ille Philippus nonagesimus sextus ab Augusto, Regni Romani iura strenuè gubernauit, faciens iudicium & iustitiam omnibus, qui ad eum auxilii gratia confugerunt. & hæc vberius fecisset, si non fuisset prædicti Ottonis

H h & suo-

CCXXV
SII
my my
SIV
24

*F. VVitelein
spach.
Hec aliter Hel-
moldi cōtinua-
tor. lib. 7. c. 14

& suorum fautorum obstaculis prepeditus. Hic cum ad
in regni solio sublimatus non fuisset, promiserat ducere
trimonialiter filiam Ottonis Palatini Comitis de *VV
spach, quam postmodum repudiauit, vnde idem Com
commotus accessit in Bamberch ad Camerā ipsius Reg
tanquam ei solus pacificè locuturus, & gladio quem co
tè gestabat, ipsum Regem subitò interfecit.

M. C. XCVIII.

Adalbertus Archiepiscopus Saltzburgenfis, circa
uium qui dicitur Lamer, à ministerialibus capitur, & in
stro VVuren per dies x i v. captus tenetur, propter quam
normitatem facti, diuina in Saltzburgenfi Ecclesia, ali
Episcopatibus vicinis interdicta sunt. Liberasti nos ex
gentibus, cantatum est, ei dimisso.

Albertus Comes de Bogen obiit, relinquens tres
Luipoldum, Bertoldum & Albertum.

M. C. XCIX.

Celestinus I I I. Papa obiit. Innocentius I I I. Papa
Episcopus VVolfkerus Patauiensis cum duobus Com
bus de Ortenburch, Rapotone, & Heinricho, qui Eccle
Patauiensem vastauerant, contendens, mirabiliter cal
eorum vastatis, contriuit eos, multis ibi pereuntibus, I
Episcopus cepit ædificare castrum in *Oberburg.

*F. Orten-
berch.

Corpus Domini in ciuitate Augusta versum est in
entam carnem.

M. CC.

Adalbertus Episcopus vi. Idus Aprilis obiit: cui
hardus Brixinēsis Episcopus succedit. Chonradus Mog
tinus Archiepiscopus obiit.

M. CC. I.

Terre motus multis terrarum locis factus est magna

vt multas vrbes & Ecclesias destrueret, & mortes hominum
ferent, coepit autem idem terræ motus 1 v. nonas Maij.

M. CC. II.

Chunigundis virgo & Regina vxor Imperatoris Hein-
rici Pij Babenburgum sepulta, multis fulgens miraculis, ab
Innocentio Papa canonizata est; multis conuenientibus E-
piscopis & Archiepiscopis: inter quos etiã adfuit Dñs Saltz-
burgensis Archiepiscopus Eberhardus, ab eis est translata.

Dietmarus Abbas Alahensis cedit propter senium,
cui succedit Poppo Abbas. Tymo Babenbergensis Episco-
pus obijt. Chunradus eligitur, & eodem anno obiit, & Ek-
kenbertus succedit.

M. CC. III.

Discordia facta est inter Ducem Bauariæ Ludvvicum
& Episcopum Ratisponensem Chunradum, cui confede-
ratus Dominus Eberhardus Archiepiscopus Saltzburgen-
sis in manu valida venit ei in auxilium nullo resistente, &
diruta sunt castra aliquanta ex vtraque parte, factaque sunt
incendia plurima per vniuersam Bauariam, villarum de-
predationes & Ecclesiarum, ita vt nec ab altaribus abstine-
rent, & reliquias sanctorum inde auferrent, aliaque quàm
plurima nefanda & inaudita perpetrarent.

Leopoldus Dux Austriæ & Styriæ, Theodoram filiam
Regis Græcorum duxit vxorem.

M. CC. IV.

Ludvicus Dux Bauariæ, & Dominus Eberhardus
Saltzburgensis Episcopus, & Chunradus Ratisponensis E-
piscopus in concordiam redierunt. Chunradus Ratispo-
nensis Episcopus obiit 1 x. Calendas Maij. Cui Chunradus
Erlingensis prepositus succedit. Pilgrinus Aquileiensis Pa-
triarcha obiit, cui V Volkerus Pataviensis Episcopus succe-
dit, pro quo Poppo prepositus Aquileiensis constituitur.

Hh 2

Berch.

CCII
SII
m. am.
SIV
24

Berchtoldus Dux Moraviae obiit. Ludovicus Dux
 uariae castrum & oppidum in Lantzhuert construere coepit.
 M. CCV. & M. CCVI.

Poppo Episcopus Parauiensis obiit. Mangoldus Al
 de Tegerinsee succedit.

Otacker Dux Bohemiae consilio Ludovici Ducis
 quit Ottonem & adhæsit Philippo, qui consensu principum
 imposuit ei diadema, faciens eum & successores suos Regem.
 Tradiditq; filiam suam Venzelao filio suo. Ex hinc Reges
 Bohemorum.

M. CC. VI.

Ordo fratrum minorum inchoatur à sancto Francisco.

M. CC. VII.

Philippus Rex cum Papa reconciliatur. Babenberg
 Ottone Palatino Comite de * VVidenspach per consensu
 tionem occiditur.

M. CC. VIII.

Otto filius Ducis Heinrici de Brunsvich in Regem
 eligitur, & ab Innocentio Papa consecratur. Otto Palatinus
 Comes occiditur pro homicidio commisso in Philippo.

M. CC. X.

Otto à Domino Papa excommunicatur.

M. CC. XI.

Otto intrauit Apuliam: ibidem Fridericum Regem
 Siciliae expugnare voluit; & totam Apuliam sibi subiecit.
 Otto Rex à multis Episcopi Alamanniae excommuni-
 catus à Papa denunciatur.

M. CC. XII.

In festo sancti Nicolai Fridericus Rex Siciliae intrauit
 regnum Patris sui, Electus Franckenfurt.

Christiani de Saracenis in Hispania ferè centum milia
 occiderunt, & captiuarunt miraculosè. Mangoldus Palatinus

* F. VVidenspach.

uiensis Episcopus, & Rapoto Palatinus simul discordantes, Claustra, Monasteria, Ecclesias vna cum omni prouincia incendio deuantant.

* Altannus de Helingsperg moritur, sed castrum ibidem ab ipso ædificatum moriens resignauit Ecclesiæ Altabensi, quod monachi destruere volentes prohibiti sunt à Comitibus de Bogen.

*F. Almannus de Helinsberg.
*F. Episcopo ad.

M. CC. XIII.

Fridericus Rex consecratus apud Moguntiam in Purificatione B. Mariæ virginis Curiam Ratisponæ celebravit. Aliam etiam Curiam in passione Domini apud Constantiam celebravit. Tertiam Merspurch celebravit.

Regina Gertruda Vngarorum, mater sanctæ Elisabet, sponso expeditionem contra Ruthenos mouente à Comite quodam Petro trucidatur, qui & ipse subsequenti nocte in vitionem sceleris cum aliis iugulatur. Cui Episcopus de Gran misit in epistola amphibologica: Reginam occidere nolite timere, bonum est: Si omnes consentiunt, ego non contradico.

Castrum in Helingsperg, data Comitibus de Bogen pecunia, à Domino Poppone Abbate & monachis suis destruitur.

M. CC. XV.

Manigoldus Patauiensis Episcopus obiit: Vlricus eiusdem Ecclesiæ Canonicus succedit.

Vniuersalis synodus celebrata est Romæ, in qua fuerunt CCCXII. Episcopi. Inter quos extiterunt Constantinopolitanus, Hierosolymitanus Patriarchæ; Primates autem & Metropolitanus LXXI. Abbates & Priores ultra DCCC. præsidente Innocentio Papa III. In ipsa synodo Kymensis Episcopatus instituitur. Ad quam sedem Ruge-Chiemsee. rus primus Episcopus ordinatur.

Hh 3

M. CC. XVI.

CCXIII
SII
m, m,
SIV
24

M. CC. XVI.

Innocentius Papa 111. ab vrbe egressus verbum cruce in Tuscia prædicauit, & apud Perusium ciuitatem, in diuisione Apostolorum obiit, ibiq; sepultus est. Honorius Papa 111. substituitur.

Ordo prædicatorum initium sumit.

M. CC. XVII.

Rex Vngariae Andreas & Luipoldus Dux Austriae, Dux Morauiae, Otto Episcopus Babnburgensis, Ekkbertus, nobiles & Comites cum manu valida transfretauerunt succursum terræ sanctæ.

M. CC. XVIII.

Volfkerus Patriarcha Aquileiensis obiit: Cui Bernardus Archiepiscopus succedit Golocensis.

Christiani in transmarinis partibus Casaream & turrem Stratonis reædificant, & post multas deprædationes ad munitionem montis Thabor accedentes viriliter duabus vicibus impugnaverunt, quam munitionem postea ipsi Saraceni timore Christianorum destructam reliquerunt. Deinde coadunato exercitu Christianorū ciuitatē Damiatam ob blockade cingunt, & turrim munitissimā in medio fluminis tã, & catenā fluminis 55. pedes habentē viriliter occupauerunt. Vbi tantum milites electi 40. cum aliis fracto in itinere in flumen præcipitati sunt.

Exercitus Romanorum cum Italicis multis in auxilium veniunt Christianis. Ludvvicus Dux oppidum Struburg construere cœpit.

M. C. C. XIX.

Otto aliquando Imperator à sententia excommunicationis absolutus obiit. Regalia quoq; Henrico Palatino Ratisbonensi assignanda, Regi Friderico reliquit, quæ ad instantiā eiusdem Regis Friderici eodem anno sub quadam forma compositionis ipsi assignata sunt.

*Secouensis Episcopatus à Domino Eberhardo Saltz-
burgensi Archiepiscopo de licentia Domini Honorij Pape
creatur: & Karolus Frisacensis præpositus eidem sedi præ-
ficitur. *F. Sema vof. sis.

Fridericus Rex Curiam Nuringensem cum multis
Principibus celebravit. Concilium Prouinciale à Domino
Eberhardo Archiepiscopo Saltzburgensi celebratur: Cui
interfuerunt Patauiensis, Frisingensis, Gurzensis, *Kymen-
sis, Secouensis Episcopi. Ludvicus Dux Bauarię cepit mu-
nitionem ciuitatis *Hallis in monte, qui dicitur Grinte: que
ab Archiepiscopo Eberhardo sub quadã forma composi-
tionis destructa est; & ob hanc causam prænominatus Epi-
scopus homines & redditus per omnia, quos in Halle & cir-
ca habebant, apud Altahen comparauit. *F. Chiemensis, Secno vof. sis. *al. Halje.

Damiata ciuitas ignorante exercitu sine damno Chri-
stianorum in crepusculo noctis interfectis innumerabilibus
paganis diuina potentia capta est, & à Christianis potenter
possessa. His diebus Vlricus Patauiensis Episcopus cepit
construere castrum in monte sancti Georgii Patauię.

M. C C. XX.

Otto Frisingensis episcopus obiit: cui succedit Gerol-
dus eiusdem ecclesię Canonicus.

Thomas Cantuariensis episcopus & martyr ab Hono-
rio Papa missis Cardinalibus translatus est.

Fridericus Romanorum Rex est electus ab Honorio
Papa ad Imperatorem Romę solemniter consecratur, Du-
ce Bauarię Ludvico aliisque principibus & aliis viris nobi-
libus presentibus.

M. C C. XXI.

Damiata ciuitas, que Portus *Æthiopię dicitur, multo la-
bore & sanguine ac sudore Christianorum acquisita, heu, heu,
exigentibus peccatis hominum, diuina permissione seductis in
quandam *F. Ethiop.

CCXXV
SII
m, m,
SIV
24

quandam insulam Christianis, aquis & exercitu Saraceno-
rum circumuallatis, quibusdam submersis, alijsque occisi-
tandem sub quadam forma compositionis, & multa strage
hominum ab vtraque parte facta, coactis Christianis, Sa-
cenis per manus Christianorum reddita est; Vbi adera-
Ludvicus Dux Bauariæ, Vlricus Patauiensis Episcopus
qui eodem anno transfretauerant, & alij quam plures no-
les, & ignobiles, quorum non erat numerus; qui fugam
pientes vix euaserunt, Vlricus Patauiensis Episcopus ab
peditione rediens transmarina in via obiit; cui Gebhartus
Comes de Plain eiusdem Ecclesiæ Canonicus succedit.

M. C. C. XXIII.

Corpora sanctorum Viti, Modesti, ab Archiepiscopo
Eberhardo & Carolo* Secouienſi Episcopo in Ecclesia
cti Andreæ apud Lauent inuenta, & in altari recon-
plurimis cœperunt coruscare miraculis, & eorum reliquie
ad Ecclesiam Saltzburgensem præsentibus Patauiensibus
Kymense Episcopis cum frequentia & tripudio populorum
Archiepiscopo sunt translata.

M. C. C. XXIV.

Bertholdus Brixinensis Episcopus obiit, cui succedit
Heinricus Aquileiensis Archidiaconus.

Oppidum in Landau construitur à Ludvico Duce Ba-
uariæ.

M. C. C. XXV.

Chunradus Cardinalis Portuensis Episcopus, Romæ
næ sedis Legatus, per se & per plures cooperatores verbum
Crucis per totam Alemanniam prædicauit, & quam plures
Cruce signati sunt.

Imperator cum filia Ioannis Regis Hierosolymitanorum
nuptias in Apulia celebrauit, ex qua genuit Chunradum
postea Regem. Et Heinricus filius eius Rex declaratus dux
filium

*F. Setno-
uensi.

filiam Luipoldi Ducis Austriae Margaretam: Cum qua, praesentibus Principibus Regni, nuptias apud *Numburch ^{* F. Nurnberg} solemniter celebravit: Vbi propter frequentiam populi, circiter XL. personae, inter quas quidam Praelati, Monachi, clerici erant, cum aliis oppressi occubuerunt.

Engelbertus Coloniensis Episcopus vir magnae prudentiae, & tutor Regis, à Comite Friderico de Altenach sororio suo occiditur; manu mutilatus, & *triginta qua- ^{* F. triginta tribus.} tuor vulneribus, ut dicitur, fossus.

His diebus Luipoldus Dux Austriae consensu Ludvici Ducis Bauariae construxit castrum in Scherding.

M. CC. XXVI.

Sanctus Franciscus obiit.

Imperator condixerat solemnem Curiam apud Cremonam, ad quam vocauerat filium suum & principes Alamanniae, qui propter rebellionem Lombardorum non permittebantur intrare: Vnde infecto negotio Imperator in indignatione in Apuliam se recepit.

Item inter Luipoldum Ducem Austriae & Heinricum filium suum maiorem. Gverra est orta super haereditate, quae tandem mediantibus maioribus terrae ad concordiam reuocata est.

Fridericus iunior filius Ducis duxit sororem Reginae Vngariae.

Archiepiscopus instituit sedem Cathedralem apud sanctum Andream in Lauent; cui praefecit Vlricum in Hus.

Gverra grauis inter Rapotonem Comitem Palatinum Bauariae, & Comitem de Bogen orta est, in qua quam plures Ecclesiae sunt destructae & spoliatae, & praedia monasterij in inferiori Altach incendio sunt destructa: & Rapoto Co-

CCXXVI
SII
my um
SIV
24

* *F. in Lintzh. r. verde quam C. A. de B. prope monasteriū A. e.* mes Palatinus Bauariæ ciuitatem * in Lithenverde, quæ Comes Albertus de Bogē prope Lithenverde monasterium Altahense crexerat, incendio penitus deuastauit.

Chunradus Ratisponensis Episcopus obiit, cui Siffricus succedit, substitutus à Domino Gregorio Papa nono.

M. CC. XXVII.

* *F. Hugelimm.*

Honorius Papa III. obiit, cui succedit Dominus Hergelmus Hostiensis Episcopus, qui & Gregorius IX.

Magna copia cruce signatorum ad exhortationem mandatum Domini Papæ iter peregrinationis arripuerunt, sed circa maritima magna pars ipsorum mortua est: inter quos Augustensis, & Ludvycus maritus sanctæ Elisabethæ Lantgrauius de Tyringen cum aliis nobilibus obierunt. Reliqua pars credens Dominum Imperatorem transiit, mare transiit; Imperatore vero remanente in continenti ferè omnis illa peregrinatio rediit. Dominus Papa Imperatorem pro eo, quod votum peregrinationis non soluerat, excommunicatum solemniter denunciavit. Ex horum itaque facto grauissimum schisma oritur inter Regnum & Sacerdotium, ita vt ferè tota Christianitas plures annos nouis & insolitis pressuris plurimum turbaretur. Nam electiones Episcoporum, Personatum, & aliarum magnarum dignitatum, tunc à sede Apostolica & legationibus taliter sunt suspensæ, vt contra voluntatem eligentium vel ille præficeretur in qualibet dignitate, qui vel cuius amici tunc videbantur sedi Apostolicæ plus fauere. Principum etiam ac Comitum & ministerialium tantam multitudinem sibi attraxit Ecclesia, vt si ei perseveranter & obstinate adhererent, poterat pro suæ voluntatis arbitrio triumphasse.

Quamdiu autem durauerit, & quomodo seruiens tam Pontificum quàm Regum inter se dissidentium

interruperit gyverram istam, patebit in sequentibus. Fortitudinem tamen eiusdem schismatis multa parialiterarum ostendunt ex vtraq; parte hinc inde transmissarū. quarum quasdam hęc placuit annotari.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem & Sicilia Rex dilecto Principi suo. *Vide Per. de Vinea lib. 1. c. 36.*
N. gratiam suam & bonam voluntatem.

Æmula Regum & Principum orbis terræ, ac consortiū impariēs dudum in superbiam sæculorum liberaliter adauēta per eos Romana sedes illius, qui Princeps esse dicitur sacerdotum, in suum aduersus nos præconceptum odium ad vniuersale scandalū sic exarsit, adeo auerso Ecclesiasticę religionis ordine, præter mandata legis, quorum lator & pater esse debuerat, quę peruertit, dum se hostilibus rebus immiscens dubios bellorum euentus, cædes hominū, obsidiones vrbū & vniuersaliter vndiq; procurat pericula populorum. Sponsam Christi Ecclesiam matrē nostrā, cuius auctoritate libitum prolicito sequitur, è sanctuario Dei suarū vindictas inimicitiarum exercens, reddit, proh dolor, mundo notabilem: vt sub tam inconstanti & volubili rerum actore, qui & præsidet, & nomine Ecclesię diuersa variat & confingit, experientia facti singulos edocente, nō immerito ab Ecclesia pro eius præside ac experto patre mendacij meticulousa suspicio cordib; hominū inferatur. Quapropter deuotionem tuā contingētia non patimur ignorare. Nuper n. per quosdā de maiorib; fratribus tuis & religiosos alios viros aspirantes ad quietū Ecclesię statum, & pius zelantes desideris bonum pacis, adhibita est cura propensior inueniēdi modum & habendi tractatum per quem inter nos Pontificē & Pharisæū istum contra nostri honorē nominis praua cōsilia colligentē ad certū tempus treugarum cōpositio fieret infraq; per te, quē habemus in omni dilectione præcipuum, & alios

CCCLX
SII
m. m. m.
SIV
24

Principes orbis terræ, ad integræ pacis reformationem
 oportunitas commodior haberetur. Cumque nos effu-
 viris inuentoribus huius viæ, præter spem & creditum,
 Ecclesiæ reuerentia condescendere dignaremur, G. d. d.
 Papa petebat Lombardos rebelles nostros & nostri
 tos Imperij treugis ipsis debere muniri. Quibus ex
 treugas ipsas non poterat acceptare, vt euidentior
 omnibus intellectum, q̄ negocium rebellium Lombard
 rum fouit & fouet in nostrū odium manifestū illud gen
 & reputans velut suum, quanquam hætenus alia palli
 quod non in fauorem ipsorum sed ob transgressiones
 stras, & alias quas fingebat contra nos, ad excommuni
 cationis sententias processisset. Quod intolerabile visum
 nobis, vt rebellibus nostris, diutino gyverrarum discrim
 fatigatis, & in maiori parte depressis treugas concedere
 beremus, ad quorum persecutionem & vindictam acc
 eti, vexilla victricia, & præpotentia castra nostra triumph
 biliter duximus educenda. Et licet nobis in confinio
 fra metatis Campaniæ suggereretur instāter ad ingressū
 illius prouinciæ data plena fiducia de obtentu, super
 doloris gladius ad iniuriatoris nostri animam pertran
 nos ad præsens ob honorem Dei & reuerentiam beatorum
 Apostolorum Petri & Pauli, quibus utpote quod sacrū
 dema de* arā beati Petri suscepimus, esse volumus non
 grati, ab ingressu & receptione ipsius terræ destitimus
 spectantes interim, si nostrum iniuriatorem omnia alia
 xatio reuocet ab offensis. Præterea non patimur te late
 qualiter homo iste dictus Papa in obsidione Ferrarię ciuit
 tis Imperij & Salingverræ fidelis nostri Bononiensium
 Venetis, & aliis conuicinis nostris rebellib: conuocatis
 gatum suum cum Mediolanensibus fecerit cōuenire. De
 cem ibidem exercitus & Rectorem. Qui adeo cum

* al. arce.

complicibus eundem Salinvyerram & Ferrariam in ex-
 haredationem Imperij coartavit; qui à suis proditus rece-
 ptis tamen promissionib. & pactis de indemnitate suæ per-
 sonæ ac rerum suarum, & de salubri mora sua in eadem ci-
 uitate, nec nõ per eundem Legatum Ducem Venetiarum,
 potestates, Rectores, Capitaneos, exercitus, & generaliter
 per totum exercitum iuramento firmatis nomine Ecclesiæ
 iuramentum impendit, ac se & prædictam ciuitatem assi-
 gnauit specialiter Ecclesiæ possidendam, commissa fide sua
 fidei Legati Ecclesiæ, q. præstita & iurata sibi securitas ple-
 naria seruaretur, sed post deditiõnem ciuitatis & suam, lega-
 tus idẽ (tanquã si ex legationis officio fungeretur celebra-
 re periuria, quemadmodũ præstitit, iuramenta) eum prædi-
 ctis omnibus deierauit, demolitis domibus & bonis eiusdẽ
 Salinvyerræ ipsum simul deduxere fide mentita Venetias
 captiuatũ. Ecce qualis inuenit in Legato fides, qualis à pa-
 tre legati mentiẽdi procedit authoritas, vt fidem reputent
 fidei vinculum nõ seruare: O quam pestiferum ab Eccle-
 siæ rectoribus emanat exemplum, quàm euidentis omisa
 veritate deceptio, vt Regibus & Principibus orbis, quibus
 propter impatiẽtiam potestatis inuidet, sit præcipue præ-
 cauendum, ne de facili se præbeant in manibus eorundem,
 qui semper intercipere conantur incautos, & piũ repu-
 tant, innocentiam condemnare. Nos autem, qui vnuer-
 sos & singulos iam tum ex vicinitate, tum ab experto intus
 & in cute iam cognouimus, taliter vos per indaginem re-
 rum ab eorum fallaciis cautus volumus obseruari, vt vobis
 intendamus potissimum præcauere; sperantes in eo, qui
 Regna & Reges constituit, quod iuste iniuriam propullan-
 tes, violentiam nobis illatam nostrarum virium conamine
 propellemus, & in gladio iustitiæ, quem auctore Domino
 baiulamus, sacerdotũ gladios, quibus abiecta stola lumbos
 suos inhonestè præcingunt, iustius retundemus. Dignum

CCXXX
 SII
 III
 SIV
 24

insuper duximus ad tuam notitiam deferendum, quod
 Papa sicut est suis motibus præceptus, & inconstans in om-
 nibus viis suis, strenuus vir de Francia, Cruce signatus, &
 voti executionem ad iter accinctis, prohibuit sub celo
 Ecclesiastica, ne transcant in præfenti, non attendens
 necessitatem exercitus in ultramarinis partibus commo-
 tis, quibus in emergentis casus articulo nedum de
 signatis, sed de nouiter consignandis deberet in auxilium
 venire. Vnde ab operibus eius, quæ suo testimonium
 fidentur auctori, potestis agnoscerè, quod duplicitas viarum
 suarum scandalum generet, & totius vniuersitatis in
 moda subministret. Datum in castris in obsidione
 XVIII. Iulij. XIII. indictione.

Vide Pet. de
 Vin. l. c. 19.

*ah Zurich.

*classim intel-
 lige.

FRIDERICVS Dei gratia Romanorū Imperator
 Dum ad depopulationem vicinæ Bononiæ nostrum ve-
 remus propositum & affectum, Prælatorum turbam
 Prænestino Episcopo, Magistro Ottone de *Turenga
 & Nicolai in carcere Tullianensi Diaconi Cardinalis
 stis aduersaturam processibus ex diuersis prouinciis
 gregatam contigit suo infortunio Ianuam peruenisse,
 conueniente cum eis Gregorio de Romania addito
 to legatis, vt insimul ligarentur, & conspiratione cum
 ensibus rebellibus nostris facta, galearum copiam am-
 fecerunt, cum quibus ad Papam Rom. pro maiori parte
 iurauerant aduenire. Ad quorum impediendum transi-
 & accessum, nostrarum diu ante præuisum conuenire
 mus apud Pisas victoriosum *stolum galearum; quod
 rum præcognita motione in locis & portibus, quæ late
 vel alto mari præterire non poterant, velut obuia & ne-
 sario nauigabilia transituris, eis transeuntibus potenter
 currit, & aggressis galeis nostris galeas ipsorum, præ-
 tens Dominus, qui ex alto videt & diiudicat æquitatem

vias eorum & excogitatam malitiam meditatus in viribus
 & potentia nostra, quam fugere terra vel mari non pote-
 rant. Domino fallente, Legatos simul tradidit, & Prælatos;
 & tribus galeis ipsorum inuerfis, ac omnibus qui vehebantur
 in eis sine spe recuperationis amissis, viginti & duæ
 gallez non sine magna cæde nauigantium cum paruis &
 rebus victæ sunt à galeis nostris, & triumphabiliter ca-
 ptæ: in quibus prædicti tres Legati cum Archiepiscopis,
 Episcopis, Abbatibus, & multis Prælati aliis & nunciis,
 & Prælatorum procuratoribus, vltra centum ambasiatori-
 bus ciuitatum rebellium Lombardiæ, qui ad præfixum ire
 concilium properabant, quatuor milib. Ianuensiu exceptis
 specialibus & electis personis de Ianua, quæ galeis præ-
 erant, & comitatu Prælatorum producendis eis de Ia-
 nua, sicut inter eos fuerat infortunatè conuentum, ad ma-
 nus nostras peruenere ligati, vt de Prænestino illo, qui sum-
 mum contra nos vbique odium incitabat, diuinum non
 defuisse iudicium arbitremur; quod sub latentis lupi spe-
 cie in ouina pelle & agni clamyde Dm. inclusum gerere
 non confidat, & sciat Deum nobiscum esse sicut cum
 Diis eorum, quod non solum per sacerdotium, sed per re-
 gnum, & sacerdotium mundi machinam statuit gubernan-
 dam. Nos igitur suum nobis cælitus Domino referante
 consilium, & in plana tot aspera conuertente, sudores bel-
 licos & æstiuos pulueres non vitantes, nostrum fælix iter &
 intentionem omnimodam, & conatus ad ea dirigimus, quæ
 nobis & cæteris regnantibus exaltationis & gloriæ afferant
 incrementum, vt te prædictorum nostrorum successuum
 participem fieri gaudeamus, quem in omni successuræ fæ-
 licitatis euentu cupimus habere consortem. Datum * Fa-
 uent. XVIII. Maij. XIV. Indictione.

* fort. Fauentia.

Grego-

GGANU
 SJJ
 m, m,
 SIV
 24

Gregorius seruus seruorum Dei dilectis filiis Magistro Alberto Archidiacono Patavienſi & Philippo de Aſſolico nuncio noſtro in Alemannia commoranti ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quia Fridericus dictus Imperator de multis & grauibus exceſſibus ſuis à nobis diligenter & frequenter admonitus non ſolum ſatisfacere non curauit, ſed corde nequiter indurato iugiter etiam decreta committit, nos de fratrum noſtrorum conſilio in eum & omnes illos qui in huiusmodi exceſſibus, vel aliàs contra Romanam Eccleſiam ſibi præſtiterunt conſilium, auxilium, & fauorem, excommunicationis & anathematis ſententiam duximus promulgandam: omnes qui ei ſiſtunt iuramento tenentur, decernendo ab obſeruatione iuramenti huiusmodi abſolutos: & firmiter prohibendo, ne ſibi fidelitatem obſeruent, iuxta canonicas ſanctiones. In hæc ciuitates, caſtra, villas & alia loca, ad quæ ipſe peruenit, quam diu ibi fuerit, Eccleſiastico ſuppõſimus interdictum, ita quod publicè vel ſecreto nullum ibi officium diuine celebretur, indulgentia vel priuilegio quolibet non obſtante; Omnesque qui eidem præſumpſerint celebrare, potius profanare diuina, pœnæ depositionis decretum perpetuè ſubiacere. Vniuerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Episcopis per Alamaniam conſtitutis noſtris damus litteris in præceptis, vt prædictam excommunicationis & anathematis ſententiam pulſatis campanis, accenſis candleis, nec non alia quæ continentur in ipſis in ſingulis ciuitatibus, caſtris, ac villis & locis ſuarum diœceſum abſque ſimulatione aliqua publicari ſolemniſſime ac etiam nunciari ſinguli faciant eorundem. Et nihilominus omnes tam clericos quam laicos, qui ei aduerſus fidem Catholicam & libertatem Eccleſiasticam ac ſpõſam Chriſti ſacroſanctam Eccleſiam machinanti cum armis vel ſine armis auxilium præſtiterint

terunt, vel fauorem, excommunicationis vinculo in nodari. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si dicti Archiepiscopi præceptum nostrum neglexerint adimplere, vos eos ad id per excommunicationis sententiam, appellatione remota, cogatis; constitutione de duabus dictis in generali Concilio edita non obstante. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Datum Lateran. IX. Cal. Decembris, Pontificatus nostri anno XIII. &c.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Magistris Alberto Archidiacono & Philippo de Afsio nuncio nostro in Alamannia commoranti salutem & Apostolicam benedictionem. Rationalis spiritus exulanti extra suos terminos naturæ compatitur, & à naturali potentia frequenter rationis excidium deploratur. Sed cum hæc duo deformationis vulnera sentiunt, de illatis sibi passionibus ad inuicem conqueruntur, nõ quod rationi vel naturæ possit inesse deformitas, à qua creator creaturam suam in creando facit penitus alienam, sed quod actiones proprias toties intentio praua deformat, quod iam corruptelæ vicium videatur naturæ priuilegiis insignitum. Vnde turbatur ratio, merito natura conqueritur, nisi ius ab iniuria prouocet, ab iniustitia vox innocentis appellet, ad tribunal recurratur supremi iudicis, vbi affectus noxij iustitiæ limitibus coercentur. Quare Apostolica sedes iustitiæ languenti succurrere, sæuientis iniquitatis occurribus obuiare, vnus cultores atollere, & actores tenetur alterius rigore Ecclesiasticæ reprimere disciplina. Hinc est quod dolentes audimus, quod quidam Friderico dicto Imperatori, qui, sicut Herodes, Christianam religionem, & in pectore fidelium Iesum Christum conatur extinguere, & fidem Catholicam ac Ecclesiasticam libertatem totis molitur viribus conculcare, contra Deum

& Romanam Ecclesiam, consilium & auxilium ac fauorem
 impendunt. Dolentes referimus, quod praua mente In-
 rio, cuius iura & honores ac principum conseruari
 mus & optamus illæsa, perniciosè incubat & incun-
 Decorem ipsius Imperij & honorem Principum, Im-
 lege contempta & Principum priuilegio cancellato,
 dam de ipsorum Maioribus, quod actibus suis illicitis
 sentire renuunt, incarcerando, proscribendo & proditu-
 necis gladio feriendo, ac paganorum qui Afisini vocantur
 quod inauditum est de quolibet Principe Christiano,
 diis exponendo deturpat. Nonnullos Episcopos,
 cones Christi, Rectores fidei, Pastores ouium, medicos
 guentium animarum, spoliatos bonis Ecclesiasticis & re-
 danis, de regno quod est beati Petri patrimonium Episcopati
 pale, aliisque terris Imperio Romano subiectis, proseriptis
 damnabili exulare compellit: sacrosanctas Ecclesias
 lega temeritate prophanans; religiosos (quorum vnum
 ordine Fratrum Minorum absque iuris ordine & debito
 sæ cognitione horribili crudelitate combussit) pup-
 orphanos, pauperes & viduas regimine vilinudatos,
 sublatis desuper carnibus exossauit. Excommunicatos
 quoque ac anathematis latam contra se à nobis sententiam
 contemptis Ecclesiæ clauibus vilipendit; solemniter pro-
 cè sibi faciens celebrari, vel potius prophanari diuina
 non laqueo damnatæ hæresis se suspendens, eandem
 sententiã prædicat non seruandam. Verùm cum ex hoc
 fidio consilij & fauore fidelium populorum dictus Fri-
 cus reddiderit se indignum, venerabiles fratres nostrorum
 chiepiscopos, Episcopos, ac dilectos filios Abbates, Priores,
 Præpositos, & alios Ecclesiarum Prælatos, nec non nobilissimos
 viros, Duces, Marchiones, Comites, Barones & vniu-
 alios Christi fideles per Alamanniam constitutos rogauit
 duxit

duximus attentius & monendos sub debito fidei Christiana, quo tenentur Domino Iesu Christo, districtè præcipièdo mandantes, vt præfato Friderico consilium, vel iuamè operæ, vel operam aliquatenus non impendant.

Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eos qui contra præscriptum mandatum nostrū venire præsumpserint, per excommunicationis sententiam, sublato appellationis obstaculo, à præsumptione huiusmodi compescatis, Constitutione de duabus dietis in generali concilio edita non obstante. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Datum Lateran. VIII. Calendas Octobris, Pontificatus nostri anno teritiodecimo.

M. CC. XXVIII.

Imperator defuncta Imperatrice in puerperio, transfretauit, & per Cyprum vsq; *Aneona venit, vbi in magna gloria fuit susceptus, & post paucos dies legatos Soldani pacificè eum excipientes recepit. *F. Accaron.

Otto filius Ducis Ludvvici Bauariæ apud Straubing, præfente Rege Henrico, & multis aliis Principibus, in festo Pentecostes gladio accingitur. Vbi Vlricus primus *Laurentinensis Episcopus, ab Archiepiscopo in Episcopum consecratur. Isti autem Principes interfuerunt: Henricus Rex filius Friderici Imperatoris, Ludvvicus Bauariæ, Luitpoldus Austriæ, Bernhardus Karinthiæ, Otto *Morauia, Duxes, Henricus de Andechs. Episcopi, Eberhardus Saltzburgensis, Hermannus VVirtzburgensis, Ekkibertus Babnbergensis, Gebhardus Patauiensis, *Sifridus Ratisponensis, Siboto Augustensis, Henricus Aystetensis, Rudgerus Kymentensis, Karo *Secouensis, Albertus Laurentinus. *F. Merania; Dux H. de A. *F. Sigifridus. *F. Senensis.

M. CC. XXIX.

Imperator in transmarinis partib. positus, ciuitatē sanctā Hierusa-

Kk 2

Hierusa-

CCXXVIII
SII
m, m,
SIV
24

Hierusalem & maiorem partem terræ sanctæ à Soldano
Babylonico recepit, & treugis inter ipsos firmatis Imperator
reuertitur in Apuliam, & fines regni Apuliæ ab exercitu
Domini Papæ occupatos recepit. Exercitus Domini
Papæ, qui in tres partes diuisus erat, Teutonicis cruce signatis
Passagium impediuit, Longobardi & Tusci cum Domino
Papa contra Imperatorē conspirant. Agnes Ducissa
uarię Idibus April. peperit filiū qui vocatus est Luduicus.

Poppo Altahensis Abbas obiit. Bertoldus Burenfis
bas eligitur, post quem Chunradus eligitur.

M. CC. XXX.

Tiberis alueum suum egressus vicina loca occupauit
in vrbe Roma vsq; ad gradus sancti Petri ascendit.

Romani compulsi Papam ad urbem reuocauerunt. Dominus
Papa & Dominus Imperator mediantibus Principibus
Alamanniæ, videlicet * Patriarcha. Aquileiensi Bertholdo
Archiepiscopo Saltzburgenfi Eberhardo, Episcopo Ratisponensi
Sifrido, Austriæ Luipoldo; Morauia Ottone, Rheni
rinthiæ Bernharde, Ducibus & quibusdam alijs ad concordiam
redierunt, & Dominus Imperator ab excommunicatione
absolutus. & post absolutionem in hospitio & curam
à Domino Papa excipitur. Luipoldus Dux Austriæ
sanctum Germanum obiit, cuius corpus in monte Cassino
in monasterio sancti Benedicti à Cardinalibus sepelitur.
ossa eius elata ipsius in die S. Andree apud monasterium
erneuelde, quod idē Dux magnifico opere, vt hodie elatum
construxerat, ab Archiepiscopo sepeliuntur, & eodem die
in eundem monasteriū ab eodem consecratur. Rex Bohemiarum
striā manu valida intrans magnam partem terræ vallibus
Episcopus Ratisponensis Cancellarius Imperialis aule
tur. Sifridus Moguntinensis Archiepiscopus obiit. Carolus
primus Secouiensis Episcopus obiit. Castrum in * Flin
ab Alberto Comite de Bogen erigitur.

* F. Patriarcha
Aquileiensi,
Bertholdo
Saltzburgenfi
Archiepiscopo,
Eberhardo Ra-
tisponensi Epi-
scopo, Sifrido
Episcopo Au-
gustensi, Sibot
Austriæ, Lu-
poldo Mera-
nia, Ottone &
Bernharde Ka-
rinthiæ Ducibus.
Sed vitiosam
esse distinctionem
& lectionem F. patet
ex sequentibus
ubi Luipoldus
Dux Austriæ,
& Bertoldus
Aquileiensi
Patriarcha di-
citur, &c.
* F. Flinperg.

M. CC. XXXI.

Geroldus Episcopus Frisingensis cessit, cui succedit Chunradus Canonicus eiusdem Ecclesie. Rapoto Palatinus Bavarie obiit: Ludvvicus Dux Bavarie presente familia sua à quodam ignoto pagano cultro percussus obiit: Et hoc apud Chelheim insidiis Domini Friderici Imperatoris XVI: Calendas octobris. Præpositus Saltzburgenfis, Abbas sancti Petri, & Abbas* Admuntensis de licentia Domini Papæ ab Archi-^{*F. ad Murten}episcopo in die sancto Paschæ mitris pontificalibus sunt insigniti, & priuilegiati. Monasterium monialium Cisterciensis ordinis à Ludmilla Ducissa in Lantzhuert construitur.

M. CC. XXXII.

Imperator Natalem Domini apud Rauenam celebrauit, & per Venetias transiens vsque ad Aquileiam & forum Iulii processit; vbi Rex filius suus & quidam alij Principes, scilicet Fridericus Dux Austriæ, qui iam apud VViennam gladio militari accinctus erat, cum quibus de pace Alemannie verbotenus ordinans in Apuliam se recepit. Gebhardus Patauiensis Episcopus propter infamiam occisionis Eberhardi canonici Patauiensis, & aliorum criminalium sibi obiectorum Episcopatum resignauit. Sanctus Antonius de ordine minorum fratrum apud Paduam signis coruscans à Domino Papa canonizatur, cum nondum annus integer post obitum suum esset elapsus. Ekkebertus Episcopus Babenbergensis cum Duce Karinthiæ bellum mouens plures eius munitiones destruxit, & terram pro magna parte vastauit. Dominus Archiepiscopus ex licentia Domini Papæ Præposito Saltzburgenfi vsu virgæ pastoralis & annuli & chirothecarum indulgit. Chunrado electo Altahensi amoto Dietmarus fit Abbas.

M. CC. XXXII.

Sanctus Virgilius à Domino Papa Gregorio nono cano-^{*F. Ottano.}nizatus

K k 3

CCXXXI
SII
my am,
SIV
24

nizatus est IV. Idus Iunij. Rudgerus primus Kymenſis
 piſcopus auctoritate Domini Papæ Patauiēſis Eccleſiæ
 ficitur. Elizabeth filia Regis Vngariæ vidua Landgravi
 obitum ſuum multis miraculorum ſignis claruit. Epico
 Ekkebertus Babenbergēſis à ministeriali Ducis Karim
 per totam quadageſimā in captiuitate tenetur. Otto D
 Bauariæ curiam celebrandā Ratiſponenſem indixit, qu
 propter indignationem Regis Heinrici & aliorum qu
 dam principum ſibi non fauentium, apud Lantshuet
 brauit. Sed poſtmodū Rex cum multis principibus &
 gno exercitu Bauariam intrauit, Ducem deſtructurus.
 mediante Archiepiſcopo Saltzburgenſi in gratiā eum
 pit, & filium eius puerulum in obſidem Regi dedit, &
 Curiam ſolemneſem Ratiſponæ Dux celebravit, cui Ar
 epicoſus Saltzburgēſis, & omnes Epicoſi Bauariæ
 fuerunt. Dux Bauariæ cum magno exercitu fines Du
 Aultriæ deuaſtauit, & *clauſtrum in Lambach exuſſit.
 Aultriæ magnum exercitum contra Regem Bohemiar
 mo collegit, & Morauiam intrauit, & ſecundo alium
 citum aduerſus Regem Vngariæ collegit, ſed poſtea plu
 ministeriales ſuorum tam in Marchia quam in Aultria
 uerſus eum conſpirant.

* F. caſtrum in
 Lainbach.

M. CC. XXXIV. Dux Bauariæ ſuper monaſterio
 Vormbach repente irruens, multos proſcriptos, qui ſe
 odem monaſterio eiectis monachis receperant, comp
 hendit; quorum quosdam ſuſpendi, alios capite plecti
 circiter quadraginta.

M. CC. XXXV.

Agnes Duciffa Bauariæ XIII. Cal. Decembris peperit
 filium, qui vocatus eſt Heinricus. Albertus Comes de Bay
 transfretauit, & apud Venetias captiuatur.

M. CC. XXXVI.

Fridericus Dux
 Aultriæ.

Fridericus Dux Aultriæ & Styriæ ab Imperatore

scribitur apud Augustam. Iste Fridericus cum esset seuerus homo in iudicio districtus & crudelis, magnanimus in praeliis, in thesauris congregandis cupidus, terrorem suum sifudit super indigenas & vicinos, vt non solum non diligeretur, sed ab omnib. timeretur. Ibat enim potenter cum exercitu in Morauiam contra VVencezlaum Regē Bohemorū. Deniq; etiam Vngariam intrabat, fines vtriusq; Regni ferro & igne deuastans: Satagebat etiam nobiles & meliores terrarū suarū opprimere & ignobiles exaltare. Agnetem vxorem suam filiam Ottonis Ducis * Morauiarū tanquam cognatam * al. Meranica repudiauit, quam postea Vlricus Dux Karintiaē accepit vxorem. Edicta Friderici Imperatoris, inimicitias Principū contempsit, donec ab ipso Friderico per sententias Principum in Curia Augustarū celebrata proscribitur, & Principatum suorum honore priuatur.

M. CC. XXXVII.

Sequenti igitur anno Fridericus Imperator contra Fridericum Ducem in Austriam vadit, à ciuib. VVienensibus, & quibusdam ministerialibus inuitatus; & hyemauit ibidem, habens secū Principes Imperij, videlicet VVencezlaum Regē Bohemorum, Bertholdum Patriarchā Aquilegēsē, Sifridū Moguntinum, Eberhardū Saltzburgēsē, Theodoricum Treuerensē Archiepiscopos. Ekbertum Babnbergensē, Sifridum Ratisponensē, Rudgerū Pataviēsē Episcopos. Ottonē Bauariarū, * Bernhardū Karinthiarū Duces. Heinricum Lantgrauū Turingiarū, & alios quā plures Comites & nobiles. Tunc dictus Fridericus Dux terrore Imperialis fortitudinis non concussus cū paucis qui sibi adhaerāt, in oppido, quod dicitur Noua ciuitas, se recepit, exinde pro sua defensione, quæ poterat, exercendo. Imperator itaq; cernēs, quod Frideric⁹ Dux paruipēderet illata, nec curaret gratiam Imperij quærere, recessit ab Austria, relin-

* al. Meranica.

* F. male: Burchar dum. nam paulo ante Bernardus dicitur.

Neuestat.

Handwritten notes on the book's spine: "G. G. W. S. J. J. my am. S. I. V. 24"

relinquens ibi Capitaneos, Ekbertum Babnbergenfem
 piscopum, & de Henneberch, & de Eberstein, & de Nun-
 berch Comites, celebrando festum Resurrectionis Domi-
 nicæ Ratisponæ. Ekbertus autem Episcopus Babnberge-
 sis erat auunculus Belæ Regis Vngariæ, & frater Ber-
 Patriarchæ Aquileiensis, vir magnanimus & bellicosus,
 ob hoc prædictus Imperator sibi tuendam terram Aul-
 lem specialiter commendauit. Defuncto autem eode-
 anno Episcopo memorato, & Imperatore se ad Apuliam
 transferente, prædictus Dux Fridericus animosior effectus
 Albertum Comitem de Bogen in auxilium suum voca-
 cum ipso Comite egressus muros Nouæciuitatis, in cam-
 qui dicitur Stainueld, pugnam iniit cum VVienenfibus
 capitaneis eorum, reportans victoriam gloriosam. Ca-
 namque sunt in eodē bello Rudgerus Patauiensis, & Ch-
 radus Frisingensis Episcopi, & multi ex nobilibus, quo-
 tutionem terræ prædictus reliquerat Imperator. Ad
 Anno Domini M. CC. XXXVIII.

Dux itaque Fridericus his successibus prosperatus,
 cedente à partibus istis Cæsaris milite, in breui tempore
 tam hæreditatis suæ terram, rehabuit, regens eam deinceps
 ita strenuè, quod in ipsa quoque iustitia, & vt multis vide-
 tur, sæpe tyrannidem exercebat. Audacia itaque cordi-
 bi innata ipsum quiescere non sinebat, donec octauo
 hæc anno Belæ Regi Vngarorum indixit, in cuius terra
 cum intraret exercitum valdissimum ducens, congressio
 eum Vngaris facta & Cumanis, aduersa pars vincitur & de-
 garur. In qua victoria, dubium, vtrum ab amicis vel inimicis
 circa oculum cuspide vulneratus occubuit, *vi. Febr-
 rij in festo sancti Viti Anno Domini M. CC. XLVI. O-
 ciso itaque Friderico potentissimo & inquieto Duce Bo-
 striæ & Styriæ, quanta mala ferè per sex annos vtraque Pr-

*F. sexta feria. cis circa oculum cuspide vulneratus occubuit, *vi. Febr-
 rij in festo sancti Viti Anno Domini M. CC. XLVI. O-

uincia sit perpeffa, nullus valet fcribere vel narrare. Nam quilibet nobilium, imo magis ignobilium, nec Deum, nec homines reueritus, quæcunque volebat faciebat; homines ad munitiones vel cauernas terræ fugere non valentes captiuando, vulnerando, occidendo, ac excogitatis & hætenus inauditis tormentis miserabiliter cruciando. Bela etiã Rex Vngariæ orbata hæredibus terras sibi attrahere cupiens, multa milia hominum per paganos homines, videlicet Cumanos in captiuitatem adduxit, multa occidit, ac vtriusque terræ Marchia ferè inhabitabilis facta. Tunc Hermannus Marchio de Baden natus ex Irmgarde sorore Dominae Agnetis Ducissæ Bauariæ, auxilio Ottonis Ducis Bauariæ, duxit in vxorem Gerdrudam filiam Heinrici Ducis, qui fuerat frater Friderici Ducis Austriæ antedicti, & Ducatus Austriæ & Styriæ ratione talis coniugii vsurpauit. Qui genuit filium nomine Fridericum, & filiam nomine Agnetem, quæ Vlrico Duci Karinthiæ postea copulatur. Et cum dictus Hermannus Dux esset impotens, tantam malitiam hominum, quæ iam nimis inualuerat, morte etiam præpeditus, compescere non valebat. Moritur enim

Herman. Marchio Bad.

*Fertio.

quarto nonas Octobris.

M. CC. XL.

Dominus Otto etiam Dux Bauariæ mittens Luduicum filium suum cum exercitu ad terram illam sibi ciuitates Lintz & Anasum cum magna parte illius prouinciæ subiugauit. Postea misericordia DEI de cælo prospiciente fatigatis & depauperatis iam nimium optimatibus terræ Dominus Primizel, qui & Otacher, filius Venezlai Regis Bohemiæ, consilio patris & uocatione magnatum ciuitatum Austriæ & Styriæ vtrumque Ducatum sibi attraxit, Dominam Margaretam relictam Heinrici quondam Regis Bohemorum, sororem scilicet supradicti Friderici Ducis

L1 accipiens

CCXL
SII
m. l. m.
SIV
24

*F. Bethoniam
civitatem.

accipiens in vxorem, ad cuius subiectionē statim tota
stria & Styria cum superioribus & inferioribus ciuitatibus
est conuersa. Attamen quod Bela Rex Vngariæ Bohemiam
ciuit. iam cum magna parte Ducatus Styriæ occupauit
non desit lædere terram, donec conuentione inter eos
facta, quædam pars Ducatus Styriæ sibi cum distindis
minis assignatur, Domino Ottachero in pace partem
quam cum terra Austria retinente. Extunc gratia
donante ac probitate dicti Domini faciente, pax ibidem
prima renouatur, rura deserta coluntur, securum
acquirunt transitum mercatores. Sancta Elisabetha
culis clarens apud Marchburch de tumulo transferta
sente Friderico Imperatore, qui etiã tunc temporis
ricum Regem Alamanniæ filium suum pro eo, quod
ipsum cum Lombardis conspirauerat, captiuauit, &
relegauit, ubi & vitam in breui finiuit. & duo filii eius
H. similiter in Apulia obierunt. Ekkbertus Babnber-
sis Episcopus obiit.

Fridericus Imperator à Domino Gregorio Papa
in Ecclesia Lateranensi in die Palmarum & subsequenter
in Cœna Domini & in Pascha ex multis causis solenniter
excommunicatur, approbantibus Cardinalibus vniuersis.

M. CC. XLI. Hoc anno Regnū Vngariæ, quod
& L. annis durauit, à Tartarorum gente destruitur. Cæ-
lestinus IV. riuus Papa IX, obiit. Cælestinus Papa sedit dies xviii.
p̄s solis facta est in media die in Octaua Michaëlis, &
visæ sunt.

M. CC. XLII.

Albertus vltimus Comes de Bogen obiit xviii. Calen-
d. Februarij. Dietmarus Abbas Althensis obiit: Hermannus
Abbas succedit. Heincus de Camtania nomine Imperatoris
ris eligitur in Episcopum Babnbergensium.

Kempren.

M. CC. XLIII.

Symbaldus Diaconus Cardinalis in Papam eligitur, *7 F. Synnibal-
du.*
& vocatus est Innocentius Papa IV. VII. Calendas Iulij. *Innocentius IV.*
Iam enim, propter schisma inter Regnum & Sacerdotium,
Sedes Apostolica vacauerat mensibus ferè xxii.

M. CC. XLIV.

Heinricus filius Ottonis Ducis Bauariæ duxit vxorem
Dominam Elisabeth filiam Belæ Regis Vngariæ, Aquæ-
ductus sit ad monasterium Altahense.

M. CC. XLV. Vniuersalis synodus celebratur apud *ciad Apostolica
Desent. & re
ind. in 6.*
Lugdunum, vbi Dominus Innocentius Papa contra Fridericum Imperatorem depositionis sententiam promulgauit. In ea synodo fuerunt tres Patriarchæ & Episcopi plurimi.

M. CC. XLVI.

Eberhardus Saltzburgensis Archiepiscopus obiit. Sifridus Ratisponensis Episcopus obiit: Cui Albertus per Legatum sedis Apostolicæ subrogatur. Fridericus Dux Austriae occisus est. Heinricus Lantgravius Turingiæ à quibusdam principibus eligitur in Regem & eodem anno obiit. *Heinricus an-
sirex.*
Chunradus filius Imperatoris Friderici Imperatoris duxit vxorem Dominam Elisabeth, filiam Ottonis Ducis Bauariæ.

M. CC. XLVII.

Vilhelmus Comes Hollandiæ in Regem eligitur. *V Vilhelm: an-
sirex.*
Huius Vilhelmi Regis tempore ciuitates apud Rhenum cum Principibus optimam pacem incunt, eligentes sibi capitaneos, destruentes castra nociua, & iniusta telonia remouentes, quæ post obitum ipsius Regis, qui vixit quasi nouem annis, omnia redierunt in pristinum malum statum. Fuerunt autè subscripti Principes, & subscriptæ ciuitates, quæ sanctæ pacis fœdera iurauerunt: Gerhardus Archiepiscopus Moguntinensis, Chunradus Archiepiscopus Colonienfis,
Ll 2. Arnoldus

CCXLIII
CCXLIV
CCXLV
CCXLVI
24

Arnoldus Treuerensis Episcopus, Richardus VVormatis Episcopus, Heinricus Argentinensis Episcopus, Berdus Basiliensis Episcopus, Iacobus Mettensis Episcopus, Abbas Fuldenfis, Ludvvicus Palatinus Rheni Dux Bavariaz, * Comes Siluester, Dietherus Comes de Chazenebogen, Fridericus Comes de Luningē, Bertholdus Comes de Zigenhagen, Encho Comes Syluester, Gotfridus

* F. Conradus Comes Syluester, Richerus C. de C.

* F. Tubingen.

* F. VVurnberg Virnberg.

* F. Trinperch.

* F. Geralatus.

* F. Herchenweld.

* F. Valchenstain.

* F. Erpach, VVernherus dapifer de Alzaya.

* F. Stainach

* F. Thirgenfis, Friburg.

* F. VVeisenburch, Numstat, VVimpina, Haydelberg, Lauterbach, O. F. F. VVerlaria, Gaulehaußen, Marburch, Aglifueld, Voltau, Mulenhaußen.

* F. VVatthracum Bacharath.

* F. Bernensis, Grumperch.

suus, Dominus Poppo Comes de * Turingia, Vlticus Comes de Ferreto, Comes de * Verirnburgh, Domina Sclantgrauija Turingia, Domina Vdulhildis comitissa de ningen, Dominus de * Tirenperch, Vlticus de Mirenberch, * Gerlacus de Limpurch, Philippus de * Hercuel, Philippus de * Volchenstain, Dominus de Schamberch, Pincerna de * Erlach. VVernherus Dapifer de zeia, Heinricus de Erenberch, Rumpoldus de * Stam

Nomina Ciuitatum confederatarum ad pacem germanicam Mogontium, Colonia, VVormatia, Spira, Argona, Basilea, * Tirhigen, Fridburgh, Brisacum, Columba, Slezeftat, Hagenhovvia, * VVezenburch, Nimstat, VVipfa, Haedelberch, Lauterburgh, Oppenheim. Frankfriderberch, VVeichflaria, Galenhaußen, Marchburg, gilsuelt, Voltau, Mulenhufen, Archaffenburgh, Salspingia, Dipach, * VVacheratum, VVesalia, Popardia, dernacum, Bunna, Nussia, Aquis sedes regalis, in VVestphalia Munster, & alia ciuitates plusquam sexaginta, cum uitate * Bernensis, Gumperch, Hirsuelden.

Rugerus Patauiensis Episcopus multas crematorias ecclesias consecrauit, in mense Augusto.

Ludvvicus filius Ottonis Ducis Bavariaz Churraria Comitem de VVazzerburgh cum exercitu inuadente eum de Comitatu eiecit, omnibus munitiombus suis privatis.

Philippus filius Bernhaldi Ducis Karinthiæ eligitur in Archiepiscopum Saltzburgensem, cui à Domino Papa Burchardus Comes de Cygenheim supponitur, & consecratus ac pallio *Episcopali decoratus moritur.

*F. Archiepiscopali.

M. CC. XLVIII.

Tertio Idus Februarij in nocte factus est terræ motus. *Ludovicus Rex Franciæ transfretavit.

S. Ludovicus.

M. CC. XLIX.

Ludovicus Rex Franciæ Damiatam ciuitatem Saracenorum fortissimam in Octaua sanctæ Trinitatis miraculosè cepit.

Rapoto Comes Palatinus obiit.

M. CC. L.

Ludovicus Rex Franciæ à Sarracenis captus, Damiatam & alias munitiones, quas priori anno ceperat, reddere cogitur, Ruberto fratre suo *cum XX. millib. Christianorū occiso. In quo bello etiam occubuit paganorum innumerabilis multitudo. Rugerus Patauiensis Episcopus propter hoc quod in schismate inter Regnum & Sacerdotium fauere videbatur parti aduersæ, ab Innocentio Papa IV. ab officij & beneficij deponitur dignitate, & Dominus Bertoldus frater Alberti Ratisponensis Episcopi substituitur, cui statim Capitulum & ciuitas Patauiensis cum ministerialibus obedire ceperunt vnanimiter & subesse; prædicto Rugero Episcopo, contra voluntatem Chunradi Regis & Ottonis Ducis Bauariæ, penitus refutato. Hermannus Marchio de Baden, qui sibi vsurpauerat Ducatum Austriæ, moritur IV. nonas Octobris.

*F. plus quàm cum XX. M.

Fridericus Imperator in Apulia moritur mense Decembri.

L1 3

His

CCXLVIII
SJJ
m, m, m,
SIV
24

His diebus quidam frater Bertoldus de ordine Minorum fratrum de domo Ratisponensi tantam gratiam habuit predicandi, ut sepe ad eum audiendum plus quam sexaginta milia hominum conuenirent.

M. CC. LI.

*Conradus I. P.
Rex.*

Chunradus Rex, Natali Domini Ratisponæ fuit, ubi quia iam possessiones Episcopi & Ministerialium Ratisponensium incendijs vastauerat, dum proxima nocte post festum Innocentium in monasterio sancti Emmerani dormiret, Chunradus de Hohenuels, & alij Ministeriales Ratisponenses, quasi media nocte, in cameram suam irruerunt; & cum per explorationis dicta, non plures quam Regem cum quatuor socijs suis in ea dormire putabant duob. occisis & tribus captis, credebant se occidisse ipsam Regem; sed noctu sextus fortuito casu superuenerat, in loco ipsius Regis interfectus est. Rex autem Jaritans in scamno valde miraculosè imminens periculum mortis euasit. Propter quod factum, quia Vlricus Abbas eiusdem facti suspectus etiam habebatur, dictum monasterium Rex & Dux in prædijs & ædificijs multiformiter offenderunt. Venerant autem Ministeriales cum Episcopo, qui Episcopus foras muros ciuitatis cum multis armatis aduentum rei sollicitus expectabat.

Chambi.

Subsequenter circa festum Epiphaniæ Rex Bohemiarum filium suum in Bauriam cum exercitu destinauit, qui in Marchia Chambensi multas villas rapinis & incendijs vastauit. Interea mors Imperatoris propalatur, & Chunradus Rex ad partes Rheni festinat. Dominus Papa in cena Domini V Vilhelmum Comitem Holandiæ iam dudum à quibusdam Principibus in Romanum Regem electum, multis Episcopis præsentibus apud Lugdunum confirmat, & statim se transfert ad Italiam de Lugduno, ubi iam festo

VIII

VIII. annis continuè fecerat mansionem. Castrum in
 * Geispach à Ludvico Duce nocte per insidias pro par-
 te captum & pro parte obsessum destruitur, & fossata eius
 mirabiliter fortia complanantur. Et ex hoc Bauaria in
 ea ætate pro magna parte incendijs flagrat, Bohemis par-
 tem Alberti Ratisponensis Episcopi adiuuantibus contra
 Duces. Chunradus tamen Rex in festo Apostolorum
 Petri & Pauli cum Ottone Duce Chambe venit, quos Rex
 Bohemorum videre contempsit. Otto Dux castrum &
 oppidum in * Digoluing construere cœpit. Eodem anno
 Chunradus Rex in Autumno intrat Apuliam, & ibidem
 ferè totum Regnū paternum potenter possedit, Domino
 Innocentio Papa tunc Perusii commorante nec prohibe-
 re valente. V Vilhelmus Rex Romanorum de Comitissa
 Flandriæ gloriosè triumphat.

M. CC. LII.

Domina Elisabeth filia Ottonis Ducis Bauariæ ge-
 mit Chunrado Regi filium in die Annunciationis sanctæ
 Mariæ: & vocatus est Chunradus.

Millesimo, CC. LIII.

Otto Dux Bauariæ nouam monetam in Lantzhuet fa-
 bricari iussit circa initium messis, mandans ipsos * de-
 narios & non alios recipi in toto suo districtu: & exer-
 citum versus Austriam mouens, in ipsa expeditione fi-
 lii sui Ludvici & Henricus infra octauam Thebeo-
 rum apud Oeting militaribus gladiis sunt accincti. Volens
 itaque cum Henrico filio suo occurrere Belæ Regi Vn-
 garia, qui tunc, sicut priori anno, cum valido exercitu
 Cumanorum & Vngarorum Austriam & Morauiam in-
 traueat, à munitionibus & militibus superioris Austria
 præpe-

Otto Dux Ba-
 uariae. Moneta.

* F. Vitiusei de-
 mum.

CCXII
 SII
 my im,
 SIV
 24

præpeditur. Nam priori anno Dominus Premizzel, qui
 Ottacher filius Venezlai Regis Bohemorum Austriam
 Styriam sibi attraxerat, ducta in vxorem Domina Marg-
 reta relicta à Heinrico quondam Rege Romanorum, qui
 fuit illius nobilissimi quondam Ducis Austriæ & Sty-
 luipoldi. Auxilio itaq; Meinhardi Comitis Goriciæ &
 zilini nobilis de Taruisio, Henricus filius Ottonis per
 lem Tridentinam vadit in Vngariam ad socerum Bela-
 Regem, Otto ergo Dux in principio sui regiminis seuerus
 Iudex, & Princeps mansuetus, postea propter fauorem
 impendere videbatur Friderico quondam Imperatori
 Chuntado filio eius, ab Innocentio Papa quarto, & Episcopo
 pisiam diu & sæpe excommunicatus, persequi cœpit
 & mala malis addens, in vigilia sancti Andreæ Apostoli
 in sero cum vxore è familiaribus suis valde iocundus fuisse
 præsentem vitam, subitanea morte finiuit. Eodem tempo-
 re mense scilicet Nouembri famosus ille prædicator frater
 Bertoldus in Lantzhuert prædicationis officium exercebat
 & morabatur in castro cum Duce prædicto, cupiens eum
 inducere ad obedientiam Ecclesiæ, & suum erga Ecclesi-
 & clerum animum mitigare. Tunc superuenit quidam pa-
 per rusticellus, asserens se in nocte præterita festi Michæ-
 lis raptum & ductum ad tribunal iudicij cuiusdam, ubi au-
 diuisset, quod ad querimoniam Sanctorum sententia mor-
 tis data esset in Ottonem Ducem & ceteros Principes, po-
 cis turbatores & Ecclesiarum ac pauperum vastatores: alle-
 rebat etiam, quod sub pœna mortis à Sanctis ex parte De-
 sibi esset iniunctum, vt hæc Duci & aliis Principibus nun-
 ciare deberet; quod si non admitteretur, deberet aliis pro-
 palare. Is igitur homulus cum non fuisset ad præ-
 sentiam Ducis, prædicto fratri Bertoldo & aliis quibusdam
 talia propalauit. Sed & sexto die ante obitum Ducis idem
 homo

homo venit ad monasterium Altahense, & dixit hæc Abbati & Alberto Abbati de Metem ex parte illius iudicij, quod cum non admitterent talia manifestare dicti Abbates cum Heinrico Abbate de Ebersperch, deberent intimare Duci prænotato, quod nisi citius destrueret monetam novam, & resipisceret à vexatione pauperum & Ecclesiarum, mortis esset in breui sententiam subiturus. Cuius visionis efficaciam sæpe dictus Dux, Innocentius Papa, Chunradus Rex, & alii Principes per mortem insperatam tunc, proh dolor, sunt experti. VVenceslaus etiam Rex Bohemorum moritur in mense Seprembri.

Ottone Duce defuncto, Dominus Ludvvicus Heinrico fratre suo in Vngaria existente, cum Alberto Episcopo Ratisponensi concordiam facit & diuina iam per multos annos suspensa in illa diœcesi relaxantur.

Millesimo. CC. LIV.

Bertoldus Episcopus Patauiensis obiit; cui per electionem canonicam & concordem succedit Otto de Lonsdorf, eiusdem Ecclesiæ Canonicus & Archidiaconus. Ludvvicus Dux adhuc absente fratre concordiam facit cum Philippo Saltzburgenfi. Chunradus Rex priori anno Neapoli expugnata, & muros eius in terram prostravit; homo pacificus & seuerus iudex in vigilia Ascensionis diē clausit extremum, de cuius obitu Teutonici, Apuli, & Lombardi, præter illos qui erant de parte Ecclesiæ, dolore nimio sunt turbati. Henricus Dux Bauariæ, auxilio Domini Philippi Saltzburgenfis electi de Vngaria reuertitur, & ambo Duces ad consilium Domini Henrici Babenbergensis Episcopi suum regunt concorditer principatum. Eodem anno sterilitas frugum magna fuit, & maximè circa Danubium, vt nec semina possint haberi. Sed & in nocte sancti Marci Evangelistæ per maximum frigus vineæ & fructus arborum perierunt

M m

rierunt

CCCLV
SII
m. m.
SIV
24

rierunt, ita ut valde modicum vini nasceretur, & illud nimis
acerbum. Chunrado Rege mortuo Innocentius Papa finis
Regni Siciliae est aggressus, & usque Neapolim obtinuit
in qua ciuitate dum obtenta terrae illius parte & spe obte-
nendi totum Siciliae regnum laetus moraretur, Dominus
qui dissipat consilia principum & reprobat consilia popule-
rum, ipsum Papam per mortis vocationem tali laetitia &
spe priuat. Moritur itaque septimo die intrante mensis
Decembri, & ibidem sepelitur: cui statim in ea ciuitate
à Cardinalibus tunc praesentibus Dominus Reinaldus O-
stiensis Episcopus subrogatur & vocatus est Alexander
quartus. Iste Papa bonus & mansuetus ac timens Deum
non tantum curans de negotiis Principum & Regnorum
multa reuocat & cassat, quae in grauen multorum suorum
constituerat antecessor. Manfredus etiam filius Friederici
quondam Imperatoris principatum tenens in Apulia,
potenter terram ipsam defendit nomine Chunradi par-
uuli fratruelis sui, qui adhuc cum domina Elisabeth matre sua
in Bauaria morabatur.

Bela Rex Vngariae, qui iam plus quam per biennium
Austriam, Styriam & Morauiam vastauerat, multis mil-
libus hominum interfectis & in captiuitatem abductis, con-
cordiam facit cum Otakero Duce, recipiens Ducatum
Styriae, suaeque potestati subiiciens terram ipsam. Ipse
Otakero in tribus suis principatibus, videlicet Bohemia,
Morauia, & Austria tanquam Princeps omni probri-
tate praecclarus, inopinatam & optimam pacem facit, valet
in hyeme subsequenti in Prussiam cruce signatus, & ma-
gnam partem ipsius terrae cultui subdidit Christiano.

Millesimo CC. LV,

*Bauariae di-
uisio.*

Ludovicus & Henricus Duces Bauariae circa Pascha
suos inter se diuidunt Principatus, & Henrico celsit nomi-
Duc

Ducis cum maiori parte Bauariæ, videlicet Ratispona, Chambia, Chelheim, Arding cum Lantshuet, Oeting, Purchausen, & Halle, & quidquid est inter loca prædicta & terras Austriæ & Bohemiæ. Ludvico autem cessit superior pars Bauariæ cum *palatio Rheni & nomen Purchgrauij Ratisponensis; vnde & castrum in Regenstauff, in *Lengweld, Chalmunz, & alia, quæ ad eundem pertinent Comitatum, sibi in sortem cesserunt. Henricus itaque Dux cum Alberto Episcopo Ratisponensi plenè concordans, monetam Lantshutensem, quam pater suus fabricari iusserat, cassauit, & innouatam monetam Ratisponensium denariorum dari, sicut prius, per suum districtum permisit & præcepit. Concordiam etiam facit cum Domino Ottone Patauiensi Episcopo, ac interdictum diuinorum iam plus quam per triennium obseruatum in districtu suo eiusdem relaxatur diocesis. Interea VVilhelmo Rege Rom. cum Comitissa Flandriæ & Fresonib. bellica agente negocia, Ciuitates Rheni quasi destitutæ Regia defensione, vinculo societatis fortissimè ad inuicem coniunguntur, Capitaneum eligunt, telonia eiusdem fluminis, quæ à pluribus fuerant aggrauata, remouent, vicinos Principes & Comites suæ societati adhærere compellunt, vndique in finibus suis pacem ordinantes optimam & hætenus inauditam. Quo superueniens Dominus Ludvicus nouus Palatinus Comes Rheni fœdus laudabile societatis iniit cum ciuitatibus supradictis. Ista autem pax more Lombardicarum ciuitatum inchoata propter malitiam resistentium non diu durauit.

M. CC. LVI.

Ludvicus Dux Comes Palatinus Rheni Dominâ Mariam vxorem suam, sororem Henrici Ducis Brabantia suspectâ habens de adulterio, tunc in Sueuico Verde morantem

* F. Palatino-
* F. Legenuel-
de.

CCXV
SII
my am,
SIV
24

rantem xv. Kalendas Februarii præcepit decollari. In
 mense Bernhardus Dux Karinthiæ obiit, cui Vlticus filius
 eius succedit. V Vilhelmus Rex eodem mense in Fresia cum
 exercitu exiens à Fresonibus est occisus. Qui cum ad quor
 dam ciuitatem eiusdem Prouinciæ venisset, fertur ibidem
 inuenisse sepulchrum opere mirifico constructum, & dicitur
 à ciuibus quæreret, cuius esset hoc sepulchrum opere tam
 sumptuoso decoratum, dicebant, quod nondum quisquam
 ibi sepultus esset, sed antiqui patres eorum construxerunt
 illud per fatum cognoscentes, quod in eodem loco debe
 ret Romanorum Regum aliquis tumulari. Deuicta itaq
 subiugata tota Fresia cum iam victor ipsam terram exiret
 à quibusdam, fugitiuis secus viam in harundinetis latitanti
 bus cuspidibus occiditur, & in prædicto tumulo ab indige
 nis sepelitur; Anno regni sui nono.

M. CC. LVII.

Principes Regni pro eligendo Rege iam diu habitis di
 uersis conuentibus, tandem diffinitiuum electionis diem
 in Octaua Epiphaniæ statuerunt in Franckefurt celebra
 dum. Vbi dum quidam conuenissent, Moguntinus & Colo
 niensis Archiepiscopus, & Ludvvicus Comes Palatinus
 Rheni & frater suus Dominus Henricus Dux Bavarie
 in Richardum fratrem Regis Angliæ conuenerunt. Ete
 lectus ab ipsis subsequenter in die Ascensionis Domini
 apud Aquisgranum in Regem vngitur, & potenter in Re
 gni solio collocatur. Dominus autem Treuerensis Episco
 pus cum aliis quibusdam Principibus consentire nolens e
 lectioni prædictæ, in media quadragesima fretus literarum
 auctoritate Regis Bohemiæ, Ducis Saxonie, Marchionum
 de Brandenburch, & multorum Principum elegit Domi
 num Alphonsum Regem Hispaniæ, qui electioni de se fe
 ctæ consensit persuasus à Regibus & Principibus & amicis
 Philippo

Philippus Saltzburgenſis electus iam per decem annos nolens Ordinem Præſbyterij ac Episcopalem ſuſcipere conſecrationem, à Domino Alexandro Papa deponitur, & Vlricus Secovvenſis Episcopus ei in Archiepiscopum eiusdem Eccleſiæ ſubrogatur. de cui^o electi ab electione multa hinc & inde literarum paria euolarunt, quarum hic quædam propter illos, quos talia legere delectat, placuit annotari.

Venerabili Patri De i gratia Patauienſi Episcopo frater Henricus eadem gratia Chymenſis Episcopus ſalutem & ſinceram in Domino charitatem.

Licet olim Dominus Papa volens pedetentim Dominum Philippum quondam electum Eccleſiæ Saltzburgenſis, qui perperam & contra conſtitutionem ipſius in eadem adminiſtratione timebat ab ipſius Eccleſiæ regimine remouere; ſicut claruit ex poſt facto; nobis in mandatis dederat vt ab ipſo & detentionibus caſtrorum & munitionum Eccleſiæ Saltzburgenſis, eadem caſtra & munitiones requirere deberemus, & nobis assignari faceremus, alioquin tã ipſum Philippum quàm detentores caſtrorum & munitionum Eccleſiaſtico percelleremus mucrone; noſque licet circa omnia prædicta mandatum Domini noſtri Papæ & fuiſſemus diligenter & fideliter executi, tamen idem Philippus perire magis eligens quàm parere, nec caſtra nec munitiones nobis assignare curauit. Vnde nos ipſum & prædictos detentores excommunicauimus, & loca Eccleſiaſtico ſuſpoſuimus interdicto: ſicut per noſtras literas, quas vobis & alijs Prælatiſ ſuper hoc negotio tranſmiſimus, & per famam publicam, quæ rem geſtam ſuper tecta prædicat, credimus eſſe notum. Verùm cum prædictus Dominus Papa ipſum Philippum à prædicta Eccleſia remouerit per diſſinitiuam ſententiam, & eidem de paſtore legitimo videlicet Domino Vlrico quondam Episcopo Se-

M m 3 vvenſi

CCAN
S 33
m m m
S 1 V
24

conuenſi duxerit prouidendum, volens eidem aſſignare caſtra & munitiones tanquam vero Præſato, nobis ſuper eodem negotio denuò ſuas literas miſit, hanc ſeriem continentes.

Alexander Episcopus ſeruus ſeruorum D E I venerabili fratri Chymenſi Episcopo, ſalutem & Apoſtolicam benediſtionem. In contemptum veniens Philippus, quondam Saltzburgenſis Eccleſiæ electus, nimis videtur à ſe timorem Domini & hominum reuerentiam abiçiſſe, dum huc munitiones & caſtra & quædam alia bona ipſius Eccleſiæ, in ſua detinet poteſtate, quaſi non ſuffecerit, diſſolvendi Eccleſiam in ſuam & multorū perniciem tanto tempore viduatā. Errata igitur dicti Philippi corrigi miſericorditer cupientes fraternitati tuæ per Apoſtolicam ſcriptam mandamus, quatenus ipſum ex parte noſtra moneas attentius, & inducas, vt prædicta omnia venerabili fratri noſtro Saltzburgenſi Archiepiſcopo vel alij eius nomine ſine quaelibet difficultate reſignet; alioquin cum ferro abſcindenda ſunt vulnera, quæ fomentorum non ſentiunt medicinam, tam cum quàm alios, qui eadem nomine detinentur ad id per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compellas. contra quos ſi neceſſe fuerit, omnium Suffraganeorum, Miniſterialium & Vaſallorum eiſdem Eccleſiæ auxilium inuoces, vt ſuper hiſtibi & ipſi Archiepiſcopo fuerint requiſiti; Suffraganeos ipſos ad hæc auctoritate noſtra, Miniſteriales verò & Vaſallos eoſdem per priuationem feudorum quæ tenent ab ipſa Eccleſia, monitione præmiſſa, ratione præuia, coartando. Datum Viennæ 11. Nonas Decembris, Pontificatus noſtri Anno 1111.

Nos igitur auctoritate huius mandati prædictum Philippum per noſtras literas monuimus, & per alios monuitur fecimus, vt infra X.V. dierum ſpaciū caſtra & munitiones

nes prædictæ Ecclesiæ, sublato cuiuslibet difficultatis obstaculo, prædicto Domino Ulrico Saltzburgensi Archiepiscopo, ve eius deuotis, quorum sibi nomina in nostris literis expressimus, suo nomine restituat & assignet; alioquin ipsum & detentores prædictorum castrorum & munitionum iterum exnunc excommunicamus, & loca ipsa Ecclesiastico supponimus interdicto. Vestram igitur prudentiam hortamur in Domino, vt districtè, salua tamen reuerentia, commissa nobis auctoritate præcipimus, quatenus tenorem huius literæ & mandati Papalis, nostram etiam monitionem & sententias, quas contra memoratum Philippum & detentores prædictorum castrorum & munitionum, & in sua malitia gloriantes, sicut hæcenus mandatis nostris, imò Domini Papæ non obedierunt, ferimus, in Ecclesia nostra & alijs Ecclesijs nostræ diocesis per nos & alios singulis diebus Dominicis & alijs festiuis publicè denunciantes vt faciatis solemniter publicari. Cæterum proinde pensans summus Pontifex vos & alios Suffraganeos Ecclesiæ Saltzburgensis, qui vocati sunt in partem sollicitudinis, esse nobilia membra corporis tantæ metropolis, quod utique corpus per nexus salutaris obedientiæ, & iuncturas venustæ concordiæ subministratum crescit in augmentum roboris Ecclesiastici ad destruendum omnem principatum & potestatem, quæ se nititur extollere contra id, quod Romana Ecclesia dicitur ac colitur, & in quo libertas Ecclesiastica solidatur, ex affectu cordis fatigat & intendit, vt vos, in quorum potentatibus consistit dextera suæ salutis, parati in hoc tempore opponatis vos murum pro Domino Saltzburgensis Ecclesiæ, ad deprimendam domini Philippi malitiam, qui non armis iustitiæ, sed facibus iniquæ potentiæ, & telis præsumptuosæ violentiæ armatus ad depressionem ipsius & interneccionem tanquam

GENU
S 77
m. m.
S 17
24

quam hostilis prædo insurgere nititur ex aduerso: sicut
 literas ipsius Domini Papæ, quas ad nos super ipsius ne-
 cio transmittit, & earum executionem nobis committit
 limpide patet vobis. Rogamus igitur, & qua fungimur
 auctoritate vestram monemus deuotionem, quatenus de-
 tes vicem matris nostræ Saltzburgenfis Ecclesiæ, dum
 per memoratum Philippum tribulatæ miserabiliter de-
 pressæ opem detis & operam cum affectu, vt ipsa de su-
 rannica oppressione vestro adiutorio liberetur, parati-
 tra ipsum in fortitudine brachij secularis Domino nos-
 venerabili Archiepiscopo Saltzburgenfi, cum vos hoc
 hoc requisierit vel nos Domini Papæ vice facere iuu-
 ne præualeant filij alieni, errantes ab vtero & à iustiti-
 mitis claudicantes, lacerare dente vipereo materna vi-
 ra; & cultus iustitiæ habeant in opprobrium, si fidei
 les, æquitatis zelatores, Ecclesiarum sanctarum Præ-
 animarum Pontifices, quorum est ingressus per porta-
 stitiæ, iniquis potentiis, nefariis insolentiis, pertinacibus
 violentiis, Ecclesiarum libertates & iura calcantibus
 resistunt. Vos igitur obsecramus in Domino ad perfec-
 tionem huius negocij taliter accingite, vt non personam
 sed iustitiam amplecti videamini, & apud Dominum
 pam & totam Curiam, quæ suum reputat hoc negotium
 & ipsum venerabilem Archiepiscopum vester zelus com-
 mendabilis habeatur. Datum Venetijs anno Domini
 CC. L VIII. Nonis Maij.

* al. Primif-
 lam.

Eodem anno Otakker, qui & *Primizel Rex Bohem-
 miæ, Dux Austriæ, iuuenilis ætatis audacia persuasus, sine
 prouida deliberatione consilij, quæ bellicis rebus agendis
 summè necessaria est, per Pataviensem ciuitatem in terram
 Bavarix hostiliter est ingressus, iactans se tanquam di-
 tiis & potentia præditum velle & posse contra omnium bo-

minum voluntatem ad ignominiam Domini Henrici Ducis & terræ suæ, ante muros ciuitatis vel castri in Lantshuet potenter militiæ opera exercere. Nam tunc ibi prædictus Dominus Henricus Dux Bavarix cum Domina Elyzabeth vxore sua virtutibus & sanguine nobilissima morabatur. Sed cum per pagum qui dicitur * Chünzing & per vallem Vilsæ fluminis, incēdiis vastando plurimas villas & Ecclesias, vsque iuxta castrum in * Fanhouen peruenisset, ecce memoratus Dominus Henricus Dux, licet vix quinq; diebus ante introitum prædicti Regis in Bauaria talium inimicitarum literas recepisset, celeri volatu nunciorum & literarum circumquaque discurrentium, suis conuocatis hominibus & amicis, tanquam animosus princeps, & qui de sua iustitia & de DEI misericordia confidebat, cum exercitu valido pedestrium & equestrium, ad campos contra suos audacter egreditur inimicos. Iam etiam superuenerat cum paucis Domin^o Ludvvicus Dux frater su^o de partib. Rheni, velociter euocatus, in cuius absentia præfatus Rex sperabat se sui propositi desiderium adipisci. Rex itaq; sæpe fatus cernens animositatem Ducum & Bavaricæ gentis, timuit congregi cum illis, & in festo sancti Bartholomæi Apostoli, quod tunc occurrerat in sexta feria, treugis per illam diem petitis & impetratis in nocte ac subsequenti sabbato fugit cum suis omnibus versus Müldorff, vbi dum vexilla victricia nobilium Ducum dorfa fugientium sequerentur, pons ibi per Oenum fluuium traiectus strepitum tot hominum & equorum, certatim & impetuosè transire volentium ferre non valens, sub hostib. ruit, & sic plurimi sunt submersi. Videbantur ibi electi milites in equis & armis nantes, quorum aliqui transierunt, aliqui aduersæ partis littori viciniore, dum applicare nituntur, volentes se potius captiuitati dare quàm morti, per lanceas & sagittas litus tangere prohibentur. Sed & hi qui remanserant circa

N n flu-

* F. Chünzinger
& per vallem
Eilse.
* F. Fraunho-
uen.

Vehäbrief.

Handwritten notes on the book's spine, including the numbers 373, 374, 375, and 24.

flumen, receperunt se in suburbio, sub terra quadam, fugere non valentes; qui omnes cum armis & equis optimis indignationem subitam Domini Ludvvici Ducis incedio sunt cremati. Tunc itaque in aqua & igne quasi quingenti homines perierunt, reliqui ferè omnes praeter Regem, qui cum nobilioribus iam transierat, in praedictum oppido sunt inclusi. Inter obsessos autem hi fuerunt nobiles de Bohemia, VVocho de Rosenberch, Zimlo de Fridlam, VVilhalmus de Gordebratt, Ibis de Schechmancensis de Valchenstein, Burchardus de *Clinberch, Wencus Pincerna de Ellenbogē, Genezo Burchgrau^o de Gatzinil frater VVochochonis, Haur cognatus VVochochonis, Dlohomil de *Naberzdē, Styborius dictus Caput, VVlricus de Rosental: De Austria vero Albertus & Henricus de Chunring, VVlricus de Lobēstein, VVlricus de Capella, Ludvvicus & Albertus *de Zelking, Sighardus dictus Pibet, cum aliis omnibus nono die obsidionis eorum per clementiam Ducum praedictorum sub quadam forma compositionis cum equis & rebus quas tunc habebant ad propria remissi. Henricus Babenbergensis Episcopus obiit, xv. Kalendas Octobris, cui succedit Bertoldus Comes de Leueningen eiusdem Ecclesiae Canonicus.

*F. 1259.

*M. CC. LVIII.

Chunradus Frisingensis Episcopus obiit xv. Kalendas Februarij, cui succedit Chunradus VVildgravius eiusdem Ecclesiae Canonicus, Domina Elyzabeth Ducissa Bauarica peperit filiam in secunda vespera sancti Gregorij, quae vocata est Elyzabeth. Gebhardus Comes de Hirtzberg, quia priori anno bonus adiutor fuerat Ducum Bauarum contra Bohemos, Dominam Sophiam ipsorum Ducum

fororem, egregiæ formæ fæminam ducere meruit in vxorem. Eclipsis Lunæ facta est. xv. Kalendas Iunij. D. Ludvivicus construxit castrum in Geiersperch contra Ratisponenses, quod postea destrui permisit magnæ pecuniæ interuentu. Albertus Ratisponensis Episcopus pro quibusdam criminibus apud Sedem Apostolicam accusatus cum se defendere non posset, cessit; eiq; frater Albertus de ordine Prædicatorum subrogatur. Meinardus Comes Goriciæ duxit in vxorem Dominam Elyzabeth fororem Ludvici & Henrici Ducum Bauariæ relictam scilicet Chunradi Regis, in octaua sancti Michaëlis apud Monacum nuptiis celebratis, Domina Agnete matre prædictorum tunc apud filiam suã Sophiam Comitissam de Hirtzperch manente, quæ priori feria quarta peperit filium nomine Gerhardum.

M. CC. LX.

Dominus Ludvivicus Palatinus Rheni Dux Bauariæ duxit Dominam Annam filiam Chunradi Ducis Poloniæ in vxorem. Eodem anno ab Alexandro Papa subscripta epistola est transmissa.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopo Saltzburghensi eiusq; Suffraganeis, nec non & dilectis filiis Abbatibus, aliisque Ecclesiarum Prælati ordinariam in subditos obtinentibus potestatem per Saltzburghensem Prouinciam constitutis, tam exemptis quam nõ exemptis, salutem & Apostolicam benedictionem. Si verè quod dicitur, pastores ouium CHRISTI sumus, non impauide ferre possumus terribiliter in tonantia nostris sensibus contra pastoralis curæ negligentiam sacrarum oracula scripturarum, quæ determinata Dominici gregis in præsidium desidiã reuertentes, minaciter in clamant, pereuntium sanguinem

Nn 2 de

Handwritten notes on the book's spine:

G. G. G.

S. J. J.

m. m. m.

S. J. J.

24

Jerem. 23.

de Præpositorum manibus exigendum. Quis nostrum contremiscat & paucat, dicente ad pastores gregis sui Domino per Prophetam: Dispersistis gregem meum, eiecit & non visitastis eos, ecce ego visitabo super vos vestram malitiam studiorum? Pautet utique ad hos increpationis interminationisque diuinæ sermones idem ipse Prophetam dum dicit: A facie Domini & à facie sanctorum verborum eius conturbatum est cor meum, in medio mei contremuerunt omnia ossa mea. O formidolosa speculatorum quos populo dispensatio diuina præposuit, & periculo conditio, si perfunctoriè res agatur, si eo modo in sollicitudine commissa non militent, quo summus præcipit imperantibus sibi & vniuerso gregi, cui eos Deus custodes & Episcopos constituit, non attendant. His præcipuè horrendum erit illud humanorum operum finale iudicium, omnibus commune tremendum, in quo etsi vnusquisque de propriis corporis actionibus districto sit subiiciendus examinationi, recipiat prout gessit, nobis tamen quibus Papalis cura commissa est, non sufficiet propria innocentia sine curam subditorum, quando negligentis ministri pigritiam per consequens austerus iniunctæ seruitutis exactor debita plebis impinget reatu Prælatorum. Si enim qui vnico talento sibi credito satis fenoris non reportant augmentum, tanquam inutilis seruus & piger iustæ damnationis periculum sustinebit; quàm durum putatis iudicium fiet illi, qui commissum sibi pluralem numerum virtutum talentorum non solum integrum neglexerit reddere creditori, verumetiam in illa distinctione probabitur datum Domino suo in bonis, quæ ab ipso multiplicandam suscepit, intulisse. Propterea fratres & filij, qui fastidiosi Pontificalis officij & Ecclesiastici ministerij subeundo, obfixistis pro animabus creditis apud extraneum manus vestras

stras, festinate, quæsumus, liberari ab illo, qui supremus est actor & iudex, nullum nobis de allegationis nitore præsidium relicturus. Discurrete nec cessetis, ne fiant animæ vestræ pro illis, quos in custodiam sub tanto vadimonio suscepistis. Excitet vos summi Pastoris amor, qui nos pascendis rationalibus ouibus dedicauit. Exterreat corda vestra & corporis somnū depellat ab oculis metus periculi, eis procul dubio, qui supra greges suos vigiles non obseruat excubias, imminētis. Sed ecce lethalis incuriæ sopor pastoralis vitæ vigilantiam, quæ gemētes dicimus, oppressisse videtur in plurimis, prout testatur nimia de plerisque regionibus clamans Christiani populi corruptela, quæ cum deberet ex sacerdotalis antidoti curari medelis, inualefcit, proli dolor, ex malorum contagione, quod procedit à clero, ita ut alicubi verum sit quod ex Prophetica querela testatur: Factus est, inquiens, sicut populus sic sacerdos. Malitiam namque dierum labentium, quæ cum tempore corruptit & mores, dante quàm plurimis ex impunitate audacia semper in deteriora procliuem infrenis licentiæ libertatem, nonnulli clerici præcipiti lubricæ voluptatis arbitrio laxas committentes habenas, post carnis suæ concupiscentias abierunt, & relegata pæne penitus à conuersatione vitæ suæ clericalis mundicie, honestate, tenent etiam in conspectu populi concubinas, cum quibus impudicæ frontis irreuerentiam induentes fœdas manus & fætidas, quas sordidis libidinosæ coinquinationis fœtibus immiserunt, non erubescunt in suum periculum & ruinam populi sacris ministeriis immiscere, à quibus ob publici concubinatus insaniam quæ nulla tergiuersatione sceleris, vel secundum scira Canonū tam quoad se quàm ad alios sunt suspēsi, & ne quis talium Missam audire præsumat, arctius in eorum contemptum Canonice auctoritatis cōstitutio interdicat. Per tales

Canon
S. J. J.
m. m.
S. J. V.
24

maximè nomen Dñi blasphematur in terris: per tales denegatur Sacramentis fidei orthodoxe, cum vasa Dñi pollutentur eorù manib. prophanantur: Per tales ergo perdit religio Cathol. deuotio reuerentiæ Christianæ: Per tales decipitur populus in diuinis, & Ecclesiastica substãtia dissipatur. Hinc detrahitur verbo Dei, dum imundis labiis taliù nunciatur. Hinc heretici mussitant & insultant: Hinc Tyrãni sauiunt. Hinc perfidi persecuuntur: Hinc grassantur audaci in Christi patrimonio sacrilegi exactores, à quibus, proh pudor, huiusmodi carnes putridas, quas disciplinalis mucro non secat, sicut decet, sincerù catholicæ matris corpus in ostentum ducitur & contemptù. Profectò patres qui huiusmodi filios sub dissimulationis conniuentia fouent impune, etiam cum Heli sacerdote sunt boni, forsità in seipos merito per consimilis negligentia malo, repentina patris interitus pena deiiceret de sella retrorsù. Ecclesiæ quoq; Principes zelo Phynes ardenter non feruntur in tales, sine causa videntur portare gladiù potestatis, quem ad vindictã malorum laudè vero bonorum desuper acceperunt. Nos igitur cupientes tantum malù de medio Ecclesiæ, tantumq; scandalù ab oculis fideiù remouere, vniuersitatè vestram rogã, monemus & hortamur, auctoritate nobis per Apostolica scripta in virtute iniungentes, ac vos singulos sub obtestatione tam iudicii singularis quo quisq; citatur ad Dominù de corpore mortis huius, quã iudicii generalis, in quo vniuersi stabimus ante tribunal æterni iudicis, obsecrãtes quatenus in vobismet ipsis curetis ostendere, quam piè ad Dominum, quam sanctè ad seipos, quam iustè ad proximos oportet ceteros in Dei Ecclesia conuersari. Totius namq; familie status & ordo vacillat, si quod requiratur in membris, in eorum capite non habetur, & in eius ore aduersus peccata necesse est redargutionis obiurgatio cõtescat, q. admittente cognoscitur arguenda. Qua. n. frõte fieri quis poterit motu

bi curator dū languore confimili detinetur, aut sectator virtutū, dum sectator ostenditur vitiorū? Ad inquirēdos autē ac puniendos subditorū vestrorū excessus & maxime incontinentiē forditates in clericis, præsertim concubinariis manifestis, qui odorē scetere faciūt domus Dei, tanto feruētius asfurgatis, quanto dānabilius præteriretis eorū cōtagia incorrecta. Verū vt aduersus cōcubinarios huiusmodi officij nostri debitū tam auctoritate nostra quā vestra liberi^o exequi valeatis, nos p̄decessorū nostrorū attendētes vestigia & plenius exprimētes, super hoc p̄cessus vestros p̄ appellationis obiectū volum^o aliquatenus īpediri. Si vero huiusmodi cōcubinarij quorū culpas cōtigerit canonica districtione feriari, super appellatione aut absolutione vel restitutione sua literas Apostolicas reportarūt, illas nisi forsitā in eis appellationis aut ex cōmunicationis seu amotiōis suæ huiusmodi causā expresserūt manifestē, decernim^o nullius esse momēti, sed eis vel p̄cessib. per eas habitis nequaquā obstantibus, censura vestræ animaduersionis in tales inuiolabilē obtineat firmitatē. Preces autē, monita, mandata, & p̄cepta nostra sup̄ his taliter īplere curetis, q̄ conuersationis honestas in clero, & deuotionis antiquę synceritatis in populo per sollicitudinis vestrę diligentia reformētur. Cumq; Princeps pastorū aduenerit ab vnoquoq; nostrū fructū iniūcti negocij quæsiturus, corā ipso appareatis intrepidi & dignā sibi possitis villi-cationis vestræ reddere rationē. Volum^o autē atq; p̄cipimus, vt tu frater Archiepiscopo Suffraganeis tuis & aliis Prælatibus meę Prouinciæ has literas sine moræ dispēdio facias p̄sentari, vt sup̄ p̄missis p̄ceptū nostrū exacta diligētia exequātur. Datū Idus Febr. Pontific. nostri aņo V. Ottaker^o Rex Bohe. Dux Austria; dolēs q̄ aliquando coactus esset à Bela Rege Vngariæ relinquere sibi Ducatū Styriæ, congregato valido exercitu castra metatus est circa fluuiū * Marcha, vbi cum * F. Maribin. Stephanus iunior Rex Vngariæ ex altera parte fluminis sibi occurreret, cum exercitu suo transitum ei fluminis impediuit.

CCCLV
SII
m. m.
SIV
24

pediuit. Tandem post plures dies Otaker Rex Bohemæ pro commodo equorum & hominum volens ad superiores partes fluminis se transferre, Stephanus Rex putans ipse velle fugere, insecutus est eum, & congressione facta, apud villam quæ * Chressinprunnen dicitur, victi sunt Vngari. Vbi Stephano Rege vulnerato de parte sua plurimi summissi, plures fugiendo in flumine sunt submersi. Ex parte etiam Otakeri Regis multi ferro & sub armis calore nimio perierunt. factum est enim hoc bellum Feria secunda in die sanctæ Margaretæ virginis, æstu maximo existente. Eodem etiam Otakero Regi Bohemiæ * prius, videlicet in festo sanctorum Ioannis & Pauli tristem obtulerat se fortuna. Nam cum decem vel plura millia hostium insultum facerent in Austriam circa castrum quod * Steutz dictum, duo fratres sanguine nobilissimi, iuvenes electi, Otto videlicet Comes de Hardekhe, & Chunradus Comes de Plain ac cum * Chrafto de Sleunz, Chadoldus dictus Orphanus quasi quadringentis viris, eis incauté occurrerunt, quibus præter omnibus occisis paucissimi euaserunt. In morte quoque prædictorum Comitum ipso die perijt successio illius nobilissime progeniei de Plain; quia sine hæredibus decesserunt. Otakerus itaque Rex obtenta tali victoria progressus cum exercitu Vngariam abinde post paucos dies sub quadam forma compositionis recedit, Ducatu Styriæ cum ciuitate Bittonia, quam adhuc Vngari tenebant, sibi plenariè restituito.

His etiam diebus surrexerunt quidam pœnitentes, qui flagellatores dicebantur, qui primo pauci numero à Perusia ciuitate Tusciæ processum habuisse feruntur, quorum sectam non solum tota Italia, sed & regiones plurimæ sunt secutæ, ita quod eam imprimis sibi multi nobiles & mercatores, postea rustici & * priuati assumpserunt, Erat enim mo-

*al. Kressenbrunn.

*F. post.

*F. Slenz.

*F. Episcopi Chrafto de Schleinitz, Conradus dictus Orphanus quasi cum trecentis.

al. parui.

dus ipsius pœnitentiæ ad patiendum durus, horribi-
 lis & miserabilis ad videndum; Nam ab umbilico sursum
 corpora denudantes, quadam veste partem corporis infe-
 riorem vsque ad talos tegentem habebant, & ne quis eor-
 um agnosceretur, cooperto capite & facie incedebant,
 Procedebant etiam bini, terni, tanquam clerici, vexillo
 prævio vel cruce, flagellis semetipsos bis in die per
 xxxiii. dies, & deinde in memoriam temporis humani-
 tatis Domini nostri Iesv Christi super terram apparentis,
 tandiu cruciantes, quousq; ad quasdam cantilenas, quas de
 passione ac morte Domini distauerant, duobus vel tribus
 præcinentibus circa Ecclesiam vel in Ecclesia compleue-
 runt, nunc in terram corruentes, nunc ad cœlum nuda bra-
 chia erigentes, non obstante luto vel niue, frigore vel calo-
 re. Miserabiles itaq; gestus ipsorum & dira verbera multos
 ad lacrimas & ad suscipiendam eandem pœnitentiam pro-
 uocabant. Sed quia origo eiusdem pœnitentiæ nec à sede
 Romana, nec ab aliqua persona auctorabili fulciebatur, à
 quibusdam Episcopis & Domino Heinrico Duce Bauariæ
 cepit haberi contemptui, vnde tepefcere in breui cœpit,
 sicut res immoderatè concepta.

M. CC. LXI.

Domina ElysaBeth Ducissa Bauariæ peperit filium in
 proxima nocte, post festum sanctæ Scholasticæ virginis,
 quem Dominus Heinricus Dux nominari fecit Ottonem.
 Eodem anno Dominus Alexander Papa direxit literas Re-
 gibus, & Ducibus, Archiepiscopis, & Episcopis, ac vniuersis
 Principibus Christianis, hortando ipsos vt contra horren-
 dam rabiem Tartarorum consiliis & armis se præmunire
 deberent. Nam iidem Tartari deuictis iam & deletis omni-
 bus Regibus & regnis Saracenorum in partibus transmari-
 nis, Antiochiæ, Akaton ac aliis Christianorum Prouinciis

oo

terro-

C. C. LXI
 S. J. J.
 m. m. m.
 S. J. V.
 24

terrorem tam validum incusserunt, vt ad dictos Papam
Reges supplices & frequenter legationes dirigerent pro
succursu. Vnde cum super hoc negocio consilium in
Octaua Apostolorum Petri & Pauli habendum in Viter-
bio condixisset ipse Papa, VIII. Kalendas Iunij diem cla-
sit extremum, cui successit Iacobus Patriarcha Ierosoli-
mitanus, & dictus est Vrbanus IV. Otaker Rex dux
Kunigundam filiam Regis Russiæ, neptem Belæ Regi
Vngariæ ex filia Domina Margareta vxore sine iudicio
Ecclesiæ repudiata, & vnà cum ipsa in sequenti festo Na-
talis Domini regali diademate coronatur à Bernhero Ar-
chiepiscopo Moguntino. Frater Albertus Ratisponensis
episcopus fugiens tam magnam curam animarum Domi-
no Vrbanus Papæ offert voluntariam cessionem, cui succo-
dit Dominus Leo eiusdem Ecclesiæ canonicus.

M. CC. LXII.

Domina Elyzabeth Ducissa Bavariæ peperit filiam
in vigilia sancti Matthiæ, qui dictus est Henricus.

* M. CC. LXIV.

In Octaua sanctæ Agnetis ventus tam validus est exor-
tus, vt non solum ædificia plurima subuerteret, sed etiam
prosternendo multas arbores magnum damnum faceret
in nemoribus & in syluis.

Eodem anno in mense Iulio & Augusto apparuit stella
quædam quæ à se miræ altitudinis & longitudinis radiis
mittebat: Hanc stellam dicebant esse Cometam.

Eodem anno in Autumno Dominus Premislus Rex
Bohemie, qui & Otaker, copulauit filiam sororis suæ, videlicet
filiam Ottonis Marchionis de Brandeburch, Belæ
niori Regi Vngariæ.

Vrbanus Papa moritur in mense Octobris, & apud
rusum sepelitur.

M. CC.

M. CC. LX V.

Dominus Guido quondam miles vxoratus habens duas filias per vxorem, postea factus Episcopus Podiensis ac postmodum Archiepiscopus Narbonensis, & subsequenter Sabinensis Episcopus Cardinalis, III. Nonas Februarij eligitur in Romanum Pontificem, & dictus est Clemens Papa quartus: qui per incrementa virtutum, quæ in ipso primitus floruerunt, prouectus est ad tanti nominis dignitatem. Otto Patauiensis Episcopus obiit quarto Idus Aprilis, vir pijsimus & pater cleri, qui non bellator, sed diligens pacem, Ecclesiam sibi commissam honoribus & diuitijs plurimum ampliavit; In cuius locum primo postulatus Dominus VVelodizlaus postea Saltzburgensis electus, Dominus Petrus à Domino Papa substituitur.

Et quam bene ac mirabili modo vtrique Ecclesiæ videlicet Saltzburgensi & Patauiensi à sede Apostolica sit prouisum, in subscriptarum patet serie literarum.

Clemens Episcopus seruus seruorum D E I dilecto filio VVelodizlao electo Saltzburgensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Romana Ecclesia, cui diuina inscrutabilis altitudo dispositione incommunicabile præcipuum contulit super ceteras Magistratum, pium ad cunctas alias in huius orbis latitudine constitutas Ecclesias materna prouisione habens respectum, laudabili studuit hactenus obseruantia custodire, vt de illis potissimam curam gerens eis opportunitatis tempore occurrente congrua subuentionis non differret consilia tam libenter quam liberaliter exhibere. Nos etiam, qui licet insufficientibus meritis in sublimi culminis Apostolici specula sumus disponente Domino constituti, prædecessorū nostrorū Romanorū Pontificū in hoc vestigijs inheredo prædictas Ecclesias tā proximas quā

O o 2 longè

CCXV
SII
my am,
SIV
24

longè positas paternæ considerationis oculis intuentibus
 iunctum erga ipsas sollicitudinis nostræ ministerium
 cumstantijs vniuersis ac variis personarum, rerum, locorum
 & temporum emergentibus necessitatibus articulis diligen-
 ter inspectis, quantum nobis ex alto permissum fuerit
 vigilanter intendimus exercere, vt nihil profus in spi-
 ritualibus vel temporalibus desit ibi, quod per diligentem
 nostræ studium possit aut debeat procurari. Et quantum
 ministerii huiusmodi debitum circa singulas Ecclesias
 soluere cupiamus, erga illas tamen, quæ viduitatis depen-
 rant incommoda, vt videlicet ipsis de pastoribus iuxta
 nostrum idoneis cœli prouidentia vtiliter consulatur, or-
 ris continuis, eoque anxius attingimur insultibus, quo
 successiuus eo instatius propulsamur, quo ipse, dum vacat
 periculis subiacentes maioribus, potiori noscuntur Apo-
 stolico suffragio indigere. Sanè venerabilis frater noster
 Vlricus quondam Saltzburgenfis Archiepiscopus re-
 considerationis meditatione aduertens, quod ipse qui in-
 vergens in senium, multa proprii corporis debilitate gra-
 uari dicitur in commisso sibi plebis gubernaculo, variis
 causis se fructuosè gerere, sicut erat expediens, non va-
 bat, ac proprium & subditorum periculum reformidans
 zelo charitatis, quo erga Ecclesiam suam vigeat, in dicitur
 ne occasione suæ impotentia gregem suum inimicus in-
 diator inuaderet, vel Ecclesiæ Saltzburgenfi vtilitatem
 per dispensatoris inualitudinem forsitan deperiret, ipsius
 Ecclesiæ regimine elegit spontè cedere; per literas & in-
 cium specialiter supplici à nobis deposcens instatia, vt co-
 sionem ipsius quam sic offerebat spontaneus, de benigni-
 tate Apostolica recipere dignaremur. Nos autem tam
 us Archiepiscopi quieti & commoditatibus prouidentibus
 quam eiusdem Ecclesiæ occurrere periculis opportunè
 ligentibus

ligentia intendentes cessionem ipsius duximus admitten-
 dam. Per huiusmodi vero cessionem in manibus nostris fa-
 ctam, eadem Saltzburgeris Ecclesia pastore vacante, or-
 dinationem illius nobis specialiter reseruantes, inhibui-
 mus expressè capitulo Saltzburgeris, ne ad electionem
 seu postulationem aut nominationem aliquam procederent
 de Archiepiscopo illa vice: ac decreuimus nihilominus
 irritum & inane, si quid contra inhibitionem huiusmo-
 di contingeret attentari. Et demum de salubri prouisione
 ipsius Saltzburgeris Ecclesiæ sollicitè cogitantes, post
 exactæ deliberationis examen decens ac necessarium ni-
 hilominus & expediens fore vidimus, vt eadem Ecclesia
 titulo nobilitatis insignis, quæ currentium dierum facien-
 te malitia multis est discriminibus exposita, varijs con-
 quassata molestiis, grauiusque in temporalibus diminuta, & e-
 normiter in spiritualibus deformata, nobilis decore spon-
 si, ac utilis ornaretur, cuius potentia & prouidentia cir-
 cumspecta, damna resarciatur, ipsius regantur directa,
 & indirecta in debitam reuerentiam semitam dirigantur,
 Ecclesiastica defenserut libertas, cleri status reddatur
 tranquillior, & commodis salutis & gaudii plebs lætetur.
 Vnde nos laudabiles actus tuos, quibus de virtute in virtu-
 tem proficiens in oculis hominum à tuæ iuuentutis primi-
 tiis te gratum reddere studuisti, delectabiliter in animo
 reuoluentes, ac de redolentis tuæ famæ suauitate, quæ pub-
 lico prædicatur testimonio, quod claram serenissimorum
 tuorum nobilitatem natalium, studiis ac operibus nobili-
 tare satagis virtuosus, odorem acceptabilem sentientes,
 in te generosum ac benedictionis filium direximus ocu-
 los mentis nostræ. In quo te ipsi Saltzburgeris præficiendo
 Ecclesiæ noster non indignè spiritus requieuit, spem
 grandem ac fiduciam obtinentes, quod cum sis multorum
 O o 3 prin-

CAN
 SJJ
 my m
 SJV
 24

principum consanguinitate & affinitate subnixus, liber
 sufficiente dotatus, gratus moribus, conuersatione placidus,
 vitæ honestate conspicuus, aliisque virtutibus multipliciter insignitus, in spiritualibus, nihilominus prudentiam ac in temporalibus discretionem obtinens, Ecclesia eadem per tuam potentiam & circumspectionem fructuosam ab instantibus periculis efficaciter eruetur, futuris præseruabitur salubriter; & non solum in suis honoribus iuribus, immunitatibus, & libertatibus magnificè defensus, verum etiam optata felicitatis & prosperitatis augmentum spiritualiter & temporaliter ad pacem & bonum statum subditorum sibi cleri & populi diuina benedictione elementa consequetur. His itaque digna meditatione pensatis, Ecclesiæ prælibatæ, cuius in hac parte profectum potissimè attendimus, speciali volentes diligentia providere, de fratrum nostrorum consilio & Apostolica potestatis plenitudine in nomine Domini, non obstante defectu, quem in ordinibus pateris, & ætate, te tuum Præpositum VVisegradensis Ecclesiæ, capellanum nostrum, prælibatæ Saltzburgensi Ecclesiæ in Archiepiscopum præfecimus & pastorem, curam & administrationem illius tam circa spiritualia quam temporalia tibi coram nobis committentes. Quapropter discretionem tuam rogamus, monemus attentius, & hortamur per Apostolica præcepta, tibi in virtute obedientiæ districtè præcipiendo mandantes, quatenus tibi onus à Domino impositum reuerenter suscipiens ad commissam tibi Ecclesiam cum plenaria gratia benedictionis accedas, & illius commissam tibi regimen sic prudenter & vtiliter exequaris, quod dum tuo salubri ministerio gubernetur feliciter ac prosperè dirigatur, tuque velut pastor sollicitus gregis Domini tuæ custodiæ deputati vigilem curam gerere comprobabis.

tis, ex quibus clara tui fama nominis extendatur latius, & erga personam tuam benevolentia nostræ synceritatis dignè de bono in melius augeatur. Datum Perusij 14. Idus Nouembris, Pontificatus nostri anno primo.

Clemens Episcopus seruus seruorum DEI dilecto filio Petro electo Pataviensi salutem & Apostolicam benedictionem.

In supremæ speculationis vertice, cui nos licet indignos Apostolicæ dignitatis gradus prætulit, constituti, ac variis immensisque negociis iugiter emergentibus sollicitudinis Apostolicæ studio dirigendis continua reddimur attentione solliciti, ne diligentæ nostræ ministerium videatur deesse, vbi pastorale tenemur iniunctum nobis officium exercere. Inter quæ de statu prospero ac salubri Ecclesiarum omnium vbilibet positarum curæ nostræ specialiter, superna disponente clementia, commissarum assiduè cogitamus & profundis vigiliis excitamur, vt aliquid penitus non desit inibi, quod ad ipsarum vtilitatem per nos valeat procurari. Specialiter autem ad illas, quas viduitatis incommoda deplorare conspiciamus, nostrum animum conuertentes in hoc præcipuè nostra sedulitas officiosa versatur, vt eadem de personis secundum eorum nostrum idoneis celeriter ordinentur, ad quod eo instantius vigilamus, quo ad id ex susceptæ administrationis cura specialius obligamur. & quo Ecclesias ipsas per vacationem illarum diutinam maioribus spiritualiter & temporaliter exponi discriminibus intuemur. Sane Pataviensis Ecclesia pastoris solatio destituta dilecti filij Capellani eiusdem Ecclesiæ pro futuri electione Pontificis, vt est moris die ad eligendum præfixa conuenientes in vnum, Spiritus sancti gratia inuocata, dilectum filium

V Velo-

GANJ
SJJ
my um,
SIV
24

VVelodizlaum, nunc Saltzburgensem electum, tunc Ca-
 pellanum nostrum, & Ecclesie VVisegradensis Praepositum
 in eorum Episcopum vnanimiter & concorditer postula-
 runt, & postulationem huiusmodi praesentantes illam ad-
 mitti cum instantia postularunt. Nos quidem postulatam
 personam, de cuius probitate multa laude digna relata no-
 fuerant, nec non & de illius meritis certam volentes notitiam
 obtinere, eundem electum ad nostram duximus praesentiam
 euocandum, qui velut obedientiae filius se nobis in
 conspectui praesentauit. Licet autem postmodum in
 facta electi eiusdem laudabilium copia meritorum, de quibus
 tam per communis famae praeconium & multorum fide-
 gnorum laudabile testimonium, quam etiam per experientiam
 facti nobis euidenter constitit, postulationem praedictam
 velut de persona sufficienti & idonea canonice celebrata
 deliberassemus admittere; Interim tamen venerabilis frater
 nostro Vlrico quondam Saltzburgenfi Episcopo, pro
 quod ipse in commisso sibi plebis gubernaculo variis
 causis se vtiliter gerere, sicut erat expediens, non valens
 cessionem suam Archiepiscopalis regiminis nobis per
 ciales literas & nuncium offerente, illamque a nobis ad-
 mitti cum instantia postulante, nos tam ipsius Archiepisco-
 pi quieti & commoditatibus providere, quam Saltzbur-
 genfis Ecclesiae occurrere periculis, opportuna diligenter
 intendentes, cessionem ipsius duximus admittendam. Re-
 cepta huiusmodi cessione nos attendentes, quod nobilis Ec-
 clesia ipsa, quae currentium dierum faciente malitia multis
 periculis est exposita, virtuosae ac potentis indigebat cura
 Rectoris, ipsum electum eidem Saltzburgenfi Ecclesiae
 Archiepiscopum praefecimus & pastorem. Demum vero
 ne praefata Pataviensis Ecclesia, quae praepositi pastorem
 carebat solatio, prolixioris vacationis detrimenta sentiret,

Audite

studiosè vacauimus ad exquirendum virum talem, qui ad ipsius Ecclesię regimē idoneus haberetur, vnde nos ad personam tuam quam nostrę beneuolentię plenitudinem assecutam odor famę nobis reddit acceptam, cum sufficiens tibi literarum scientia suffragetur, & habearis vir vitę laudabilis & conuersationis honestę, morum honestate decorus, discretionis maturitate conspicuus, clarus meritis & alijs in spiritualibus & temporalibus circumspēctus, nostrę considerationis dirigentes intuitum ac sperantes, quod virtutibus defursum tibi traditis insignitus, ipsam Parauensem Ecclesiam sceliciter dante Domino gubernabis, ipsaque vtilis gubernationis munita p̄sidio salubriter p̄seruabitur à noxijs, & opratis prosperitatis affluet incrementis, in nomine Domini te tunc Ecclesię Vratizlauensis Canonicum ipsi Parauensi Ecclesię de fratrum nostrorum consilio & Apostolicę plenitudine potestatis p̄fecimus in Episcopum & pastorem. Ideoq; discretioni tuę per Apostolica scripta in virtute obedientię firmiter p̄cipiendo mandamus, quatenus impositū tibi onus à Domino suscipiens reuerenter ad commissam tibi Ecclesiam cū gratia nostrę benedictionis accedas, illius amplificādis honoribus, & p̄fectibus procurandis de te sic reddendo sollicitum, vt laudabilis famę tuę titulus apud remotos & proximos clareat per effectum, & in delectationem nobis veniat, te semper & condigna gratia p̄sequi & tuis desiderijs fauorem beneuolum impertiri. Datum Perusij VIII. Kalendas Decembris. Pontificatus nostri anno primo.

Cometam priori anno visam multa incommoda subsequuntur. In diuersis namque regionibus inter Reges & Principes cędes hominum multę fiunt. Mortalitas quoque hominum & pecorum non mediocriter est secuta vt patet plenius in * sequentibus.

Pp

M. CC-

*Ex his verbis
& ex ordine
continuo, quo
nosser m. f. hęc
coniungit, pa-
set eundem au-
torem p̄ce-
dentium & se-
quentium esse;
& quidem
Steronem, quę
F. hic diserte
apposit & se-
iungit que no-
ster m. f. coniun-
git.*

Canon
S. J.
m. m.
S. J.
24

Tertio nonas Martij facta est congressio in Apulia inter Karolum fratrem Regis Franciæ, & Manfredum Regem Sicilia; & Manfredus deuictus occubuit. Eodem anno bellum magnum factum est in pago VVirtzburgensi V. Idibus Augusti, inter Hermannum Comitem de Hennberg & VVirtzburgenses, vbi ijdem ciues victores cum suis factoribus extiterunt. Tunc etiam Otakerus Rex Bohemiarum micitias, iam dudum contra Ludvicum & Henricum Duces Bavariæ conceptas, totis viribus in arma conuertens, ad discens sibi Saltzburgensem, Patauiensem, Ratispontensem ciuitates cum munitionibus earundem, ex quibus facta sunt in Bavaria multa incendia, occisiones hominum & rapinæ. Ipse quoque in mense Augusto cum multis milibus armatorum versus Chamb Bavariam intrauit, destruens * Regensstaph & Nienau, & alia castra, in quibus per incendium & iacula sagittarum magna perijt hominum multitudo: & morante ipso per biduum Ratispontem per Egram reuertitur in Bohemiam exercitu penuriam victualium patiente. Recedente autem ipso Rege de Bavaria, Dominus Henricus Dux misso exercitu vltra Ratisnam * Iltam oppidum in Velden & alias munitiones cum tota prouincia ibidem incendio deuastauit. Subsequentibus III. Kalendas Nouembris idem Henricus Dux Bavariæ per portam quandam ciuitatis Patauiensis prouisione siue traditione quorundam per adulterinas clauas obtentam, nouum forum cum quibusdam domibus & etiam cellario Canonicoꝝ, ac magna parte ciuitatis cepit, aliquibus ibidem ciuibus interfectis; totamque ciuitatem cepisset, si sui non fuissent propter inuasionem rapinæ & noctis tenebras hinc inde dispersi.

* F. Regensstaph
 & Nienau.

* F. Iltam.

Anno ab Incarnatione Domini M. CC. LXVII. *Acta huius Cœ-*

Dominus Guido Cardinalis Apostolicæ sedis legatus, VI. Idus Maij apud VViennam concilium celebrauit, cui interfuertunt Ioannes Pragensis, Petrus Patauiensis, Bruno Brixinensis, Chunradus Frisingensis, Leo Ratisponensis, * Amalricus Lauadimensis. & alij quam plures de ipsis dioccesibus Prælati, Archidiaconi, & Decani. Tunc etiam in priori Dominica factus est terræ motus, ita vt in multis etiam locis ruinam ædificia paterentur. Otakerus Rex Bohemorum & Henricus Dux Bavvariæ rursus per pacis osculum ad concordiam redierunt. Et Elyzabeth Ducissa Bavvariæ V. Idus Iunij peperit filiam, quæ baptizatur à Leone Episcopo Ratisponensi, & vocata est Katherina. Subsequenter Dominus VVladizlaus apud Saltzburch in Dominica Trinitatis in Archiepiscopum consecratur. Idibus Septembris natus est Ludvico Ducifilius, qui vocatus est Ludvvicus.

M. CC. LXVIII.

Chunradus Rex inuitatus diu à Lombardis & Apulis priori anno Italiam ingressus, adhærentibus & fauentibus sibi plurimis ciuitatibus, Romam ingreditur, vbi gloriose tanquam Imperator cum magno tripudio suscipitur, Domino Papa tunc apud Viterbium existente. Post hæc versus Apuliam progreditur cum exercitu, ac habito conflictu cum Karolo Rege victus & captus est apud Neapolim, iussu prædicti Karoli decollatur IV. Kalendas Nouembris feria secunda. Cum ipso etiam tunc decollatus est Fridericus Dux filius Hermanni quondam Marchionis de Baden, Ducis Austriæ, de quo spes non modica fuerat, quod deberet aliquando paternos Ducatus, Austriæ videlicet & Styriæ obtinere. Deinceps Karolus memoratus tanquam duobus Regibus Manfredo scilicet filio Friderici

P p. 2. Impera-

** Amalricus
Lauadimensis.*

Handwritten notes in the right margin:
G...
S...
m...
S...
24

Imperatoris & Chunrado fratrue ipsius Manfredi
& occisis, regno Siciliae liberè potitur, defensionis Eccle-
siae de plurimis habens laudem. Subsequenter in eode-
mense Nouembri in die sancti Chrysogoni moritur Cle-
mens Papa, qui quoniam in Papatu nunquam Romam
intrauerat, in loco ubi iam diu steterat, videlicet in
tertio sepelitur. Exhinc sedes Romana diu vacare coepit
propter discordiam Cardinalium, qui permittente Domi-
no ad malum totius Christianismi in eligendo pastore
Ecclesiae Catholicae non poterant concordare.

M. CC. LXIX.

In ipso festo Natiuitatis Domini tanta facta est in-
datio aquarum quanta nunquam à tunc viuentibus
fuit.

Gregorius Patriarcha Aquileiensis obiit; in cuius
locum eligitur Philippus quondam Saltzburgenfis electus
frater Ulrici Ducis Karinthiae. Quo Ulrico post hæc in-
teritum sine hæredibus defuncto memoratus Philippus sibi
eiusdem Ducatum tanquam verus hæres ipsius attrahere
tentabat; sed per Otakeri Regis Bohemiae potentiam in-
terditur. Heinricho Duci Bauariae nascitur filius in die
Dionysij, qui vocatus est Ludovicus.

Anno M. CC. LXX.

Vladizlaus Archiepiscopus Saltzburgenfis obiit
cui subrogatur Fridericus eiusdem Ecclesiae Præpositus
Bela etiam Rex Vngariae, frater videlicet sanctae Elyza-
beth, & pater Elyzabeth Ducissae Bauariae ex hac
decessit, relinquens filium suum Stephanum Regni successe-
sorem. Maria Regina Vngariae etiam non post longum
tempus obiit. Subsequenter etiam in festo Assumptio-
nis beatae Mariae Elyzabeth virgo filia Domini Heinrichi
Ducis Bauariae iam XIII, annum ætatis suae gerens

monasterio in Lantshuet habitum religionis assumpsit. In ipsa etiam æstate tanta siccitas fuit vbiq; , vt fata omnia arescerent; & ex hoc fames maxima est secuta: Artamen vinum in abundantia natum fuit. Ludovicus Rex Franciæ cum Ioanne filio suo tunc obiit in partibus transmarinis, relinquens filium suum Philippum regni successorem. Stephanus Rex Vngariæ circa festum S. Thomæ Apostoli misso exercitu in Austriam à parte meridiana Danubij illam prouinciam deuastauit, occisis & in captiuitatem abductis plus quam * septendecim millibus hominum.

* F. sedecim.

M. CC. LXXI.

Ottaker Rex Bohemiæ congregato valido exercitu infra octauam Paschæ inuasit Vngariam, & deuictis munitissimis castris, videlicet Presburch, & * Altenburch & Tirna, * F. Altberch & castro sancti Georgij ac alijs plurimis munitionibus captis & deuictis circa festum Pentecostes propter consumptionem victualium reuerti cogitur in Bohemiam exercitu relaxato. Stephanus autem Rex Vngariæ missis in Morauiam, & in Austriam Vngaris & * Comanis per incendia * F. Cumanen. & rapinas & multas strages hominum plurima mala gessit. ^{sibus.} Tandem circa solstitium æstiuale per Episcopos & religiosos viros Deum timentes ad inopinatam & subitam pacis concordiam redierunt. Domina Elyzabeth Ducissa Bavariciæ peperit filium II. idus Martij, qui baptizatus ab Hermano Abbate Althensi, & vocatus est Stephanus. Ipsa vero Ducissa in subsequente autumnò 1x. Kalendas Nouembrii diem clausit extremum. Quæ cum esset scæmina virtuosa & omni bonitate præclara, morte sua toti Prouinciæ inconsolabilem luctum fecit. Castrum nobilissimum & fortissimum dictum Starchenberch in transmarinis partibus Saraceni occupant & expugnant, quod cõparauit Ludovicus senior Dux Austriæ.

Pp 3

M. CC.

Handwritten notes in the right margin: "GARD", "SII", "m. m.", "SIV", "24".

Dominus Theobaldus Archidiaconus Leodiensis in prioritate performam compromissi in summum Pontificem electus cum glorioso apparatu in quadagesima intrat Urbem, & ibi in Ecclesia sancti Petri consecratus Gregorium decimū se appellat. Stephanus Rex Vngariæ Kalendas Augusti moritur relinquens duos filios successores, & Ladizlaus primogenitus ipsius statim Regni solus collocatur.

Eodem anno post obitum prædicti Stephani Regis quidam Comes de Gruezzing, nomine *Heinricus*, qui ab eodem Rege de Vngaria eiectus fuerat, & receptus à Rege Bohemiæ, filiam Domini Zimlonis de *Luchenburch* duxerat in vxorem, dimissa eadem vxore, in Vngariam reuersus, & reconciliatus Domino Ladislao primogenito præfati Stephani Regis tunc in Regem solenniter coronato. Accidit autem, vt cum Domino Bela Duce de *Mesnyere* auunculo Regis prædicti, & consobrino Regis Bohemiæ Comes idem in verba contumeliosa prorumpens actione præsumptæ prodicionis contra supradictum Dominum Ladizlaum, ipsum Ducem Belam in insula apud Budam miserabili nece prosterneret, ita vt membra ipsius in frustra concisa materteræ suæ videlicet *duæ filiæ* Domini Stephani Regis in monasterio ibidem constituto colligerent, ac cum planctu & dolore maximo sepelirent. Ob quam causam Rex Bohemiæ maximo furore commotus, initam olim cum Regno Vngariæ concordiam, & ad magnam vtriusq; partis instantiam auctoritate sedis Apostolicæ confirmatam rescindens, nec Treugas nec pacem solennibus nunciis Vngarorum postulantibus voluit indulgere, sed in confiniis eos iussit inuadi & statuit cum grandi exercitu ipsum Regnum se hostiliter aggressurum.

* F. Leuchenburch

* F. Marfaue

* F. domina cō-
subina filia.

*Eodem año Bela Dux de Machschovve affinis Regis Bohemix ab Heinrico Comite de Gruezing occiditur.

Anno igitur millesimo ducentesimo septuagesimo tertio Vngari & Cumani præuenientes motum prædicti Regis Bohemix post festum Purificationis quasdam partes Austria, Styria, & Moravia sub magna strage promiscui sexus hominum intrauerunt.

Eodem anno feria V. post, Misericordiam Domini, Cathedralis Ecclesia Ratisponæ cum palatio Episcopali & opimis campanis incendio totaliter est consumpta.

In festo B Gregorij Dominus Hermannus venerabilis Abbas Altabensis, qui iam XXX. annis & amplius eandem Abbatiam cum tanta rexerat honestate, ut in spiritualibus ad eum profecerit, quod religionis vigeret illuc obseruantia specialis, & cultus DEI per ipsius diligentiam fuisset multipliciter ampliatum, ita quod in personis ibi sub regula eductis excreuerit, ut sui regimini tempore ex eodem loci monachis Formbach, Aspach, Obern Altach, Prul, & Piburch Abbates electi essent. In temporalibus quoque possessionibus honore & pace & quiete, per destructionem castrorum vicinorum videlicet Fleinsberg & Zirberch & Mose, in turribus eiusdem Ecclesia abundantia ex dignè promerito favore Principum & nobilium terræ Bauaria facta erat. In adificiorum quoque diuersis hinc inde structuris tam in renouatione chori, quam alicui infra septa claustrum quam extra, & vtilissimo aquæ ductu ad vltim molendinum & inundationem aræ tanta per ipsum præclara opera cernebantur, ut merito posset dicere cum Cesare Augusto, Urbem lateritiam inueni, marmoream relinquo. Erat denique in hospitalitatis gratia totus hilaris, omnino prouidus, cuilibet ordini dignitatis, conditioni ætatis, vel sexui ad eum se conformans ut quasi omnibus omnia factus, in se & in honore ipsius loci affectus omnium prouocaret. Optimum omni religioza dignum laude, qui sub tanta tanquam fidei solici-

* F. editio hie inserta habet hoc uerbatim Dominus Henricus monachus Altabensis factus est abbas Piburgensis An iste Henricus Sicro?

Hic finit nosser m. s. & sine interuallo Eberhardus incipit. F. editio hie adiecta habet.

Handwritten notes in the right margin: "C. 24", "S. 24", "m. 24", "S. 24", "24".

sollicitudine tot annis ipsi Ecclesie præesse non timuit, nec tamen
 quidem boni successoris viuis & incolumis eidem regimini cedere
 cussavit. Ipso quidem die B. Gregorij in manus Domini Thome
 tunc Abbatis de Alderspach, qui ex mandato Domini Petri
 bilis Episcopi Pataviensis accesserat monasterium Altahense,
 Dominus Hermannus vergente quidem deorsum ex debilitate
 atatis conditione corporea, sed spiritu in sublimiora scandente,
 & baculum cum omni cura pastorali coram positus fratribus,
 cessionis iam diu feruens desiderio resignavit. Ex quo planities
 miliaribus ipsius Ecclesie & vicinis oritur nimis insolitus atque
 uis admiratio, ante Prælati alius per Bauariam constitutus, et
 illi in utilitate regiminis, aut proposito renunciationes imparere
 marent, omnibus in commune optantibus tanto cessore successore
 idoneum ex diuina providentia subrogari. Prædictus autem Do-
 nus Hermannus post cessionem ipsius Abbatis superuixit decem
 annis, detentus maximis infirmitatibus, ita ut de lecto in quo decu-
 bebat, non posset surgere, stare, vel ire sine adiutorio sibi seruientium,
 qui infirmitates & omnes molestias corporis patientissime tolerabat,
 cotidie abundantissime fundens lachrymas & orans Dominum deo
 pro peccatis suis: Qui, ut supra dictum est, laudabiliter rexit Ec-
 cliam Altahensem annis xxx. mensibus iij. dies xvi. faciens vo-
 ximas elemosynas, & alia multa bona opera, obiit bono fine pridie
 Kalendas Augusti, anno vite sue LXXV. Ego Henricus
 Capellanus suus hæc addidi, videns in eo timorem Domini, & sapen-
 tiam magnam esse, & super omnia ipsum habere misericordiam
 circa omnes homines, & alias virtutes multas, ad testi-
 monium sibi perhibeo, & scio, quod verum est
 testimonium meum.



F I N I S.

ANNA